Compendium Dia-
lecticę sive in Aristotelis
Phia Institutiones previę,
Opus ex animo sacrum,
Fulgentissimę Auro-
rę Marię, ab Ori-
ginali labe, prorsus
immundę: Elaboratum, et

dictatum a D. D. Thoma
de Ocaña, Artium Mo-
derator in Aesle ejus-
dem Aurorę, Anno MDCC
LXXIII. Die 5.° Octobris
et scriptum ab Antonio Paziente et
Sanchez

Proœmium

1 Cum in presenti Philosophici Cursus Explanatione penes me sit (Dilectissimi Discipuli) vestrę utilitati consulere, ad hocque brevitas, et claritas, specialiter conducant, maxima erit mihi cura, in illius brevitate, et claritate procuranda: nihil omitens necessarium, nihil adducens importunum, quod vestram pariat confusionem: Itaque in hoc Summularum Tractatu, cujus jam limina salutamus, à Disputationibus supersedeam, ne prolixe Disputationes dificilem Summularum Tractatum fariant dificiliorem.

2 Summulę sunt quoddam Compendium Regularum dirigentium Intellectum, ne herret in suis operationibus: Itaque non erit abs re premitere aliqualem notitiam de ipso Intellectu, aliqualemque de illius ope=

rationibus explanationem prælibare. Est igitur Intellectus, quedam vis, aut facultas, per quam anima rationalis fit potens ad inteligendum: Hec autem potentia ad inteligendum reducitur ad actum per triplicem Intellectus Operationem; 1.ª dicitur Simplex aprehensio, 2.ª Iuditium, 3.ª que Discursus: Simplex aprehensio est 1.º actus ille, quo cognoscitur res nihil afirmando, l, negando de illa; v.g. actus ille, quo quis cognoscit hominem, antequam afirmet, esse rationalem, aut neget esse irrationalem. Iuditium est 1 Actus Intellectus, quo cognoscitur res aliquid afirmando, l, negando de illa; v.g. actus ille quo quis cognoscens hominem, afirmat esse rationalem, aut negat esse irrationalem. Ubi notari debet, quod si. Iuditium afirmet, dicitur Compositivum, si vero neget, divisivum: Discursus est, Actus Intellectus, quo ex afirmatione l, negatione aliquid infertur: v.g. Qui ex hoc Iuditio, Homo est rationalis; infert: g.º est risibilis.

3. Omnia g.º de quibus tractant Summulæ pertinent ad has tres Intellectus operationes, quare presentem Tractatum in tres dividam Controversias, in quarum 1.ª de his

quę ad 1.^{am}, in 2.^{a} de hís, quę ad 2.^{am}, et in 3.^{a} agam de hís, quę ad 3.^{am} Intellectus operationem spectat.

Controuersa I.^{a}

De hís, quę pertinent ad primam Intellectus Operationem

Disputato I.^{a}

De Signo.

Caput I.^{um}

Quid sit Signum, et quę sint ejus divitiones.

4 Signum est medium, vi cujus objectum aliquod innotescere valet potentię cognoscitivę. Patebit Rectitudo hujus definitionis, cum

clare caleatis Conditiones rectę definitionis. Nunc scire debetis signum importare duplicem respectum, alterum ad potentiam cognoscitivam, et alterum ad objectum. Quare de ratione signi est, duo extrema respicere, sed diversimode; nam alterum respicit, ut quod significat, scilicet objectum, quod denominat signatum, alterum, ut cui significat, nempe potentiam cognoscitivam. Dividitur signum in formale, et Instrumentale: formale, quod se ipso, et non alio mediante aliud à se repræsentat; et sic sunt omnes species, quas habemus in Intellectu de objectis: Instrumentale est, quod prius cognitum ducit in Cognitionem alicujus objecti; sic Gemitus dolorem significat.

5 Etiam dividitur signum in naturale, ad placitum, et ex Consuetudine: 1um. est, quod sua natura aliud à se repræsentat: ut animalis vestigium, aliud, quod illac transit: 2um. quod ab arbitrio naturalis agentis vim repræsentandi obtinet, ut Sacramenta sunt signa Gratię, et Campanę sonitus, Missę. 3um. quod ratione alicujus consuetudinis, vim acquirit manifestandi, quin interveniat voluntas Institutoris: sic Canis, qui herum precedere consuevit, est signum adventus heri.

Disputatio 2.ª De Termino

Caput 1.um

Quid sit Terminus Logicus, et quæ sint, ejus divisiones.

6 Terminus juxta nominis Etimologiam idem est, ac postremum, seu ultimum; unde mors, quæ est extremum vitæ, vitæ terminus apellatur, hinc dicitur terminum esse intra quem omne et extra quem nihil, sic intra mortem est tota Vita, Extra mortem nihil vitæ, unde translato nomine ad Logicam terminus Logicus erit intra quem est tota propositio, et extra quem nihil propositi

tionis. Hoc praemisso: Terminus Logicus est: Dictio doctrinalis absoluta ad componendam propositionem. Bonitas hujus definitionis patebit, cum regulae tribuantur pro bona, l. recta definitione.

7 Dividitur Terminus in mentalem, vocalem et scriptum; Mentalis est, qui mente concipitur; vocalis, qui voce exprimitur: scriptus est, qui scripto exaratur: v.g. hic terminus Homo, quatenus est mente conceptus est terminus mentalis, quatenus prolatus, est terminus vocalis, et quatenus scriptus, est terminus scriptus. Dividitur etiam terminus in Communem, et singularem. Communis est, qui potest verificari de multis singilatim, ut homo. Singularis est, qui de uno tantum affirmari potest, ut Antonius.

8 Terminus Communis dividitur in transcendentem, et non transcendentem, et supertranscendentem: Transcendens est; qui significat omnes res, quae sunt, vel possunt esse: Termini transcendentes sunt sex, scilicet Res, Ens, verum, Bonum, aliquid, unum. Quorum Initiales componunt hanc dictionem REVBAV, et haec sex voces significant omnes res, quae sunt, l. possunt esse: Non transcendens est, qui

significat non omnes res, sed aliquas; v.g homo, qui significat tantum homines: Supertranscendens est, qui significat non solum res, quę sunt, l, possunt esse, sed etiam res, quę nec sunt, nec possunt esse; ut Terminus cogitabilem, cognoscibile, qui verificantur etiam de Chimęra, quę nec est, nec potest esse.

Dividitur terminus in colectivum, et divisivum, Colectivus est, qui significat plura coniunctum; ut Gades. Divisivus, qui hunc modum significandi non habet, ut Petrus. Dividitur Terminus in concretum, et abstractum. Concretus est, qui significat formam unitam subjecto; ut Dulce; abstractus est, qui significat formam separatam a subjecto; ut dulcedo; Unde prout forma fuerit substantiali, l, accidentali erit Concretum substantiale, l, accidentale, et idem dico de abstracto. Dividitur terminus in chategorematicum, et sincategorematicum; Chathegorematicus est, qui est per se significativus; ut sunt omnia substantiva nomina; Sincategorematicus est, qui non est significativus, sed consignificativus, ut sunt adjectiva, conjunctiones, et adverbia, quę non possunt significare absque fulcro substantivi.

10. Adhuc dividitur Terminus in univocum, equivocum, et analogum: Univocus est, qui significat plura in aliqua ratione equaliter convenientia: ut animal, qui significat rationem communem aliis, in qua conveniunt homo, et equus: Equivocus est, qui significat plura solum nomine convenientia: ut Gallus, qui significat Avem, et Francum hominem: Analogus est, qui significat rationem convenientem pluribus, sed non propter eamdem rationem; ut nomen Sanus analogice communis est homini, et cibo, non tamen eadem ratione, nam homini convenit primo, et principaliter, et cibo non, nisi quia causa. Dicere debetis: quod Analogum per se sumptum, stat pro famosiori analogato; id est, quod quando ponitur sine addito restringente accipitur pro significato principali; ut cum dico vidi hominem, vivum hominem cogitat, quamvis nomen homo, Analogice conveniat picto.

11. Dividitur terminus in terminum 1.ae intentionis, et in terminum 2.ae intentionis: Terminus 1.ae intentionis est, qui significat rem secundum illud esse, quod habet a parte rei, v.g. homo est animal, Ly homo significat naturam humanam secundum

id, quod habet à parte rei; Terminus 2ª intentionis est, qui significat secundum id, quod habet in intellectu, v.g. homo est species: ly homo significat naturam humanam secundum illud esse, quod habet in Intellectu: Dividitur Terminus in positivum, privativum, et negativum: Positivus est, qui veram entitatem significat, ut homo Sanctus: Privativus est, qui significat formæ carentiam in subjecto capaci: ut Cæcus: Negativus est, qui significat formæ carentiam præscindendo à capacitate subjecti, v.g. visu carens, qui terminus affirmari potest de arbore, et homine cæco.

12 Dividitur Terminus in absolutum, et connotativum: absolutus est, qui suam significationem exprimit sine mentione alterius; ut ignis: Connotativus est, qui suam significationem exhibet cum ordine ad aliud: ut Prandium, qui ultra comestionem connotat tempus meridianum.

Caput 2um. De Divisione Terminorum numero plurali.

13 Termini num.o plurali alij sunt pertinentes, alij impertinentes: Pertinens est, qui alium inferet, l, illi repugnat; sic homo, et risibilis sunt pertinentes, quia unus alium infert, valet enim est homo; ergo risibilis: sic etiam homo, et lapis sunt pertinentes, quia unus alteri repugnat: valet enim est homo: ergo non est lapis: Impertinens est, qui nec alium infert, nec illi repugnat: v.g. homo, et albus. Ex pertinentibus alij sunt pertinentes sequela, alij repugnantia; primi sunt, qui se inferunt, v.g. animal, et sentivum: secundi sunt, qui se excludunt; ut rationale, et irrationale.

16 Pertinentes sequela, alij sunt convertibiles, et alij inconvertibiles: Convertibiles sunt, qui se mutuo inferunt, v.g. homo, et risibilis, valet enim, est homo; ergo est risibilis; et e contra, Est risibilis: ergo homo: Inconvertibiles sunt qui se inferunt, sed non mutuo: v.g. homo, et animal; valet enim: est homo: ergo animal; sed non e contra: Ex pertinentes sequela, alij sunt sinonomi, alij non: Sinonomi sunt, qui significant idem, eodem modo, ut ensis, gladius; Non sinonomi sunt, qui significant idem, sed non eodem modo; v.g. homo, et animal rationale, quia homo significat definitum, et animal rationale, ut definitio

15 **P**ertinentes repugnantia dividuntur in Contradictorios, Privativos, Contrarios, et Relativos: Contradictorij sunt, quorum unus, negat, quod, alter affirmat: v.g. *homo*, *non homo*: Privativi sunt, quorum unus formam, alter vero privationem formæ significat: ut *videns*, et *cæcus*: Contrarij sunt, qui significant formas positivas ab eodem subjecto mutuo se expoliantes; ut *album*, et *nigrum*: Relativi sunt, qui dicunt ordinem ad invicem; ut *Pater*, et *Filius*:

Disputio IIIa

De Proprietatibus Terminorum

Caput Ium

De Supositione.

16 § **S**upositio est, aceptio termini pro se, § l, pro suo significato: Ex hac definitione habet

prima divisio in materialem, et formalem: materialis est usus termini pro se, v.g. homo est vox; ly homo suponit materialiter, quia accipitur pro se: supositio formalis est usus termini pro suo significato; v.g. homo est animal; ly homo suponit formaliter, quia accipitur pro suo significato.

17 **S**upositio materialis dividitur in intrinsecam, et extrinsecam; Intrinseca est; usus termini pro se ipso secundum id, quod ei naturaliter convenit: v.g. homo est vox, ly homo suponit materialiter intrinsece, quia ei naturaliter convenit, quod sit vox: Extrinseca est usus termini pro se secundum id, quod ei convenit ab extrinseco; v.g. homo est nomen: ly homo suponit materialiter extrinsece, quia quod vox homo sit nomen convenit ei ab extrinseco hominum placito.

18 **S**upositio formalis dividitur in propriam, et impropriam: propria est usus termini pro suo proprio significato; v.g. Leo est animal, ly Leo suponit proprie, quia accipitur pro suo proprio significato: Impropria est usus termini pro suo improprio, aut Metaphorico significato: v.g. in illis verbis Apocalipsis: Vicit Leo de tribu Juda; ly Leo suponit formaliter improprie,

quia dicitur de Deo, quem improprie, et Metaphorice significat.

19 **R**ursus: Supositio formalis dividitur in simplicem, personalem, et absolutam: Simplex est, usus termini pro suo primario significato: v.g. homo est animal rationale: Pro quo notandum est, quod terminus Communis, qui plura significat, aliqua significat primario, et aliqua secundario; v.g. homo significat naturam humanam, et Individua naturae, scilicet Petrum, et Paulum, et caeteros homines: Quare naturam humanam significat primario, Individua vero secundario, et ideo in allata propositione homo est animal rationale, ly homo suponit simpliciter nempe, quia suponit pro suo primario significato.

20. **S**upositio Personalis est, usus termini pro suo secundario significato; v.g. homo est albus: ly homo suponit personaliter, quia suponit pro Individuis, seu Personis, quas secundario significat homo. Supositio absoluta, quae est, quid mixtum ex supositione simplici, et personali, est usus termini pro utroque significato, scilicet primario, et secundario: v.g. homo est substantialis, ly homo suponit

absolute, quia sumitur pro natura humana, et pro Individuis, quæ etiam sunt substantiæ.

21 Denique supositio formalis dividitur in colectivam et distributivam, determinatam, et confusam: Colectiva est usus termini pro omnibus significatis simul; v.g. omnes Apostoli sunt duodecim, in qua ly Apostoli suponunt pro omnibus Apostolis simul, de quibus verbum cognotat esse duodecim, non vero de singulis, quia non valet Petrus est duodecim, Paulus est duodecim: Supositio distributiva est usus termini pro suis significatis seorsim: v.g. Apostoli sunt Sancti: ubi ly Apostoli distributive suponit pro singulis Apostolis seorsim, valet enim: Petrus est Sanctus, Paulus est Sanctus, et sic de reliquis.

22. Supositio determinata est usus termini pro aliquo determinato significato: ut cum accipitur Apostolus pro Divo Paulo: Supositio confusa est: usus termini pro aliquo significato indeterminato: v.g. aliqua Navis est necessaria ad navigandum, certum est quod indeterminate, non autem determinate talis Navis necessaria est ad navigandum.

CAPUT 2um.

De Reliquis Proprietatibus Terminorum

23. Ampliatio, quæ est secunda trium proprietas est: Extensio termini a minori ad majus significatum: ut cum dicitur rationalis, intelligitur; quod ly *rationalis*, qui communiter sumitur pro hominibus, extenditur etiam ad Angelus: Tertia termini proprietas est Restrictio, id est: Coarctatio termini a majori ad minus significatum; v.g. Gallus discurrit; ubi ly *Gallus*, qui significat hominem, et Avem, restringitur ad Francum hominem: Quarta termini proprietas est Diminutio, et Limitatio, qua Terminus, qui significat rem simpliciter, restringitur, ut significet illam secundum quid: v.g. Etiops est albus secundum dentes; ly *albus* qui significat album simpliciter, restringitur, ut significet albedinem in Dentibus.

24 Ultima vocis Proprietas est alienatio; et est: Distractio vocis à propria ad impropriam significationem; ut cum dicitur homo pictus, ly homo, qui significat verum hominem, alienatur ad significandum hominem pictum. Sexta vocis Proprietas est apellatio; est aplicatio significati formalis unius vocis supra significatum alterius; ut homo est albus, in qua propositione albedo, quæ est significatum forte vocis albus, aplicatur homini.

CONTROVERSIA IIª

De eis, quæ pertinent ad 2.am Intellectus Operationem.

DISPUTATIO Iª

De modo Sciendi

Caput Ium

Quid sit Modus Sciendi, et ejus Divisiones

25 Summulæ principaliter tractant de

modo sciendi, qui dirigit Intellectum: Definit[ur]que; Est Oratio ignoti manifestativa: Unde cum tres sint operationes, in quibus Intellectus potest herrare triplex est etiam modus sciendi, scilicet Definitio, Divisio, et Argumentatio, quorum quilibet dirigit unam Intellectus Operationem, videlicet Definitio, primam; Divisio, 2am; atque Argumentatio, 3am.

26. Tres tantum sunt Modi sciendi, quia tot sunt modi sciendi, quot sunt ignota, quę per ipsos manifestantur: Ignota sunt tantum tria; esentia, partes essentię, et proprietates ipsius; Quare definitio manifestat Essentiam, Divisio partes Essentię, et Argumentatio proprietates.

CAPUT IIum

De Definitione, et eius Regulis

27 Definitio ipsa Artem 2°. Posteriorum

5 Est Oratio explicans essentiam rei; Definitio dividitur in essentialem, et descriptivam; definitio essentialis est, oratio explicans essentiam rei per partes essentiales, hoc autem potest esse dupliciter, l, per partes essentiales Phisicas, et tunc definitio est essentialis Phisica, ut si dicatur, homo constat ex corpore, et anima rationali; l, per partes essentiales Methaphisicas, et tunc definitio est Essentialis Methaphisica; v.g homo est animal rationale: Definitio descriptiva Est oratio explicans essentiam rei per suas proprietates; v.g homo est animal risibile, ubi ly risibile est proprietas hominis.

28 Quatuor Communiter asignantur regulę pro recta definitione: 1ª: Quod sit clarior suo definito, quia definitio ordinatur ad manifestandam essentiam rei definitę, quę est quid obscurum, et nequit manifestari, nisi per clarius. Secunda Regula est, quod constet ex proximo, et differentia ultima: Genera sunt Prędicata communia, per quę res convenit cum alijs; Ex his prędicatis, quod minus extenditur est Genus proximum, quę latius patent Genus remotum; v.g respectu hominis animal est Genus proximum; Remota vivens, substantia; Debemus in definitione uti genere proximo, quia in illo continentur genera remo

ra, et sic nullum omittitur in definitione: Differentia ultima est illud prædicatum per quod res ultimo discernitur à cæteris omnibus diversæ naturæ; v.g. rationale respectu hominis.

20 Tertia Regula est, quod convertatur cum suo definito: Converti cum suo definito, est, quod valeat consequentia à definitione ad definitum; v.g. Est animal rationale: ergo homo; Et à definito ad definitionem; v.g. Est homo: ergo animal rationale. Quarta denique Regula est: quod non sit redundans, nec diminuta; Non redundans, quia parit confusionem, Non diminuta, quia inexplicatam relinquet essentiam rei.

CAPUT III^um
De Divisione

30 Divisio, est Oratio totum in suas partes

distribuens; v. g. animal, aliud rationale, aliud irrationale: ly Oratio est Genus, per quod convenit divitio cum definitione, reliquæ particulæ sunt diferentia, per quas difert ab omnibus: Divitio alia est essentialis, alia accidentalis: 1.ª est, Oratio totum in suas partes essentiales distribuens; ut hominis alia pars est animal, alia rationale: 2.ª est, Oratio totum in suas partes accidentales distribuens: ut homo, alius albus, alius niger. Divitio alia est Phisica, alia Methaphisica: Phisica est Oratio totum distribuens in suas partes essentiales Phisicas; ut homo dividitur in Corpus, et animam: Methaphisica est, Oratio totum distribuens in suas partes essentiales Methaphisicas: ut hominis, alia pars est animal, alia rationale.

31. Ad rectam divitionem tres Conditiones communiter requiruntur: 1.ª quod membra dividentia separatim sumpta sint inferiora diviso: 2.ª est, quod membra dividentia simul acepta diviso adequentur: 3.ª est, quod membra dividentia distinguantur inter se. Restat 3.ª modi sciendi Species, scilicet Argumentatio, sed hic eam silentio transeamus, quia de ea in ultima Controversia fusè tractabimus.

Disputatio IIa
De Enuntiatione, seu Propositione.
Caput Ium
Quid sit Enuntiatio, seu Propositio, et de ejus divisionibus

32. Pro eodem objecto accipiuntur in Scolis Enuntiatio, et Propositio, solumque distinguuntur penes nomen, Propositio secundum se considerata proprius vocatur Enuntiatio: viso jam quod Enuntiatio, et Propositio solum distinguantur quoad nomen, agemus de Propositione, quia communis usus loquendi Logicorum loquitur de illa sub hoc nomine: Notandum vero est; Propositionem componi ex subjecto, copula, et praedicato; Subjectum est id, de quo aliquid praedicatur; Praedicatum, quod praedicatur de subjecto; Copula est nexus subjecti, et praedicati: v.g. in hac Propositione; Homo est Animal; ly homo est subjectum, quia de eo

dicitur, quod sit Animal, et ly Animal est prædicatum, quia esse Animal dicitur de subjecto, et Ly Est, est copula, quia est vis connecten di subjectum, et prædicatum.

33 Hoc supposito, Propositio definitur: Oratio Enunciativa unius de alio: Ly Oratio est Genus, per quod convenit propositio cum Orationibus imperfectis ut sunt Orationes optativæ, et deprecativæ: Reliqua verba definitionis sunt diferentia: Dividitur 1º. Propositio in propositionem de primo adjacente, de 2º. adjacente, et de 3º. adjacente: De 1º. adjacente ea est, quæ habet implicitum, tam prædicatum, quam subjectum: ut Lego: 2ª est, quæ sistit in verbo, in eoque implicitum habet prædicatum: v.g homo legit, quæ eadem est cum ista, homo est legens: De 3º. adjacente est, quæ non sistit in verbo, sed explicitum habet prædicatum: ut Petrus est homo.

34 Dividitur 2º. in afirmativam, et negativam: 1ª. est, quæ enuntiat convenientiam prædicati cum subjecto, 2ª. disconvenientiam. sed nota, quod propositio dicitur afirmativa, l, negativa a copula principali, non a copula intermedia, et ideo hæc propositio: homo, qui non peccat est sapiens est afirmativa: ista vero negativa; Taurus, qui ludit, non est impiger. Dividitur 3º.

in simplicem et Chathegoricam et compositam, seu hypoteticam: 1.ª est, quæ unica constat copula principali, ut Petrus est ens: 2.ª, quæ plures habet copulas, l. propositiones nexu Grammaticali copulatas.

35 Propositio Composita dividitur in copulativam, disjunctivam, causalem, et conditionalem: Copulativa est: quæ constat pluribus propositionibus conjunctis nexu Grammaticali copulativo: ut, Deus humilia respicit; et alta à longe cognoscit: Disjunctiva est, cujus partes, aut propositiones disjunctiva Conjunctione, l, aut connectuntur, v.g Vel meus Discipulus studet, l, non studet: Causalis est, cujus partes nectuntur particula quia: v.g Quia Discipulus meus studet, erit laude dignus: Conditionalis est, quæ pro nexu suarum partium importat particulam Si; v.g si Sol lucet, dies est.

Caput II.um

De Materia, et Forma Propositionis

36. Materia propositionis sunt partes ex quibus componitur propositio, l. est habitudo subjecti ad prædicatum; l. prædicati ad subjectum; sicque ratione materiæ dividitur propositio in necessariam, impossibilem, et contingentem: Propositio in materia necessaria est, cujus prædicatum essentialiter, seu necessario convenit subjecto; v.g. homo est animal; quia animal taliter convenit subjecto, ut non possit illi non convenire: Propositio in materia impossibili est, cujus prædicatum essentialiter repugnat subjecto; v.g. homo est lapis: Propositio in materia contingenti est, cujus prædicatum potest convenire, et non convenire subjecto, v.g. homo est albus, quia albedo, nec repugnat homini, nec illi necessario convenit: Propositio in materia necessaria, si est affirmativa gaudet necessaria veritate, si negativa necessaria falsitate; E contrario propositio in materia impossibili, si est affirmativa, est necessario falsa, si negativa necessario vera.

37 Copula est propositionis forma: quod clare insinuat Noster Doctor Angelicus opusc. 2º. cap. 5º. sic loquens: Oratio per constitutionem partium constituitur, et ipsæ partes se habent ad orationem sicut materia, compositio vero sicut forma.

Caput IIIum.

De Quantitate, et Qualitate Propositionis

38 Quantitas propositionis est, Extensio subjecti ad plura, l. pauciora objecta significanda: Ea quadruplex est; nimirum universalis, particularis, singularis, et indefinita: Quantitas est universalis, quando subjectum commune signo universali afficitur; ut omnis equus est animal: particularis quando signo particulari afficitur: ut aliquis homo est Musicus: Singularis, quando subjectum est singulare: ut Petrus est albus: Indefinita, quando subjectum est terminus Communis nullo signo quantitatis affectus: ut homo est vivens. Hinc subjectum, non vero praedicatum inspiciendum est, ut metiaris propositionis quantitatem; alioquin Propositio Petrus est ani=

mal esset indefinitę quantitatis.

39 Jam ergo sermonem faciamus de qualitate propositionis, quę est afirmatio, l. negatio, veritas, l. falsitas. Veritas propositionis est conformitas illius cum objecto, quod se habet, sicut per illam enunciatur; falsitas est, oposita disformitas enuntionis de objecto aliter se habente, ac per illam proponitur. Veritas est qualitas perfectiva propositionis, quia illam perficit; falsitas vero est qualitas imperfectiva, quia illam deteriorem facit.

Disputato IIIa.

De Opositione, et Convertione Propotionis, et ejus Equipolentia

Caput Ium.

Quid, et Quotuplex sit Opositio Logica.

20. Oppositio prout hic accipitur est Repugnantia Logica formalis, quoad qualitatem duarum propositionum idem de eodem enunciantium. Partitur oppositio Logica in Contradictoriam, Contrariam, Subcontrariam et Subalternam: Contradictoria est: Oppositio duarum propositionum quoad veritatem, et falsitatem: v.g. omnis homo est mendax, Aliquis homo non est mendax, quae nec simul verae, nec simul falsae esse possunt; sed taliter sibi invicem sunt adversariae, ut si prima vera sit, sit falsa secunda: si autem prima sit falsa, secunda sit vera: Ergo exclusio simultaneae veritatis, aut falsitatis oritur ex illo principio per se noto; Impossibile est idem simul esse, et non esse.

21. Hic notandum ad Logicam Contradictionem postulari, quod propositionum altera id affirmet, l. neget, quod unice requiritur, et satis est pro alterius falsitate: Proinde istae non sunt Contradictoriae; Omnis homo est mendax; Petrus non est mendax, siquidem per secundam plus negatur, quam quod est necessarium ad falsitatem, ad quam satis erat unumquemlibet hominem non esse mendacem, quin opus fuerat Petrum determinate mendacem non esse; unde excessu illo utraque simul potest esse falsa, si

nimirum Petrus sit mendax, et quilibet alius homo non sit mendax. Insuper requiritur ad Contradictionem, quod servetur eadem terminorum suppositio: ea propter; homo est spesies, Aliquis homo non est spesies, propositiones, quę sibi non contradicunt, nam in priori subjectum suponit simpliciter, in posteriori vero personaliter.

42 Opositio Contraria est, repugnantia duarum propositionum quoad solam veritatem, sic oponuntur istę: Omnis homo est mendax, Nullus homo est mendax, quę non possunt habere simultaneam veritatem, possunt tamen habere simultaneam falsitatem: primum patet; quia si hę contrarię essent simul verę, essent etiam simul verę Contradictorię, cum ex qualibet earum alterius Contradictoria deducatur, ex prima deducitur hęc: Aliquis homo est mendax, quę contradicit secundę; et ex secunda deducitur ista: Aliquis homo non est mendax, quę contradicit primę. Secundum constat, quia utraque esset falsa, si Aliquis homo sit mendax, et non Omnis.

43 Opositio subcontraria est repugnantia Logica duarum propositionum quoad solam



nimirum Petrus sit mendax, et quilibet alius homo non sit mendax. Insuper requiritur ad Contradictionem, quod servetur eadem terminorum suppositio: ea propter; homo est spesies, Aliquis homo non est spesies, propositiones quę sibi non contradicunt, nam in priori subjectum suponit simpliciter, in posteriori vero personaliter.

42 Opositio Contraria est, Repugnantia duarum propositionum quoad solam veritatem, sic oponuntur istę: Omnis homo est mendax, Nullus homo est mendax, quę non possunt habere simultaneam veritatem, possunt tamen habere simultaneam falsitatem: primum patet; quia si hę contrarię essent simul verę, essent etiam simul verę Contradictorię, cum ex qualibet earum alterius Contradictoria deducatur, ex prima deducitur hęc: Aliquis homo est mendax, quę contradicit secundę; et ex secunda deducitur ista: Aliquis homo non est mendax, quę contradicit primę. Secundum constat, quia utraque esset falsa, si Aliquis homo sit mendax, et non Omnis.

43 Opositio Subcontraria est Repugnantia Logica duarum propositionum quoad solam


Nullus Homo
est mendax.

23

nim
hom
ao: (
§ term
§ spesi
sitio
prio
ori i

12

duar
§ sic op
§ home
tanea
mult
si he
simul
alteri
ducitu
tradi
§ Aliqu
proxim
falsa
Omn

13 §

§ tia α

falsitatem; v.g. Aliquis homo est mendax, Ali=
quis homo non est mendax, quę nec possunt habe=
re simultaneam falsitatem, possunt tamen habe=
re simultaneam veritatem. Opositio subalterna
est: Repugnantia Logica duarum propositionum
quoad solam quantitatem: v.g. Omnis homo est
mendax, Aliquis homo est mendax; Cum ejus
modi propositiones non oponantur quoad veri=
tatem, l, falsitatem, possunt esse, l, simul verę,
l, simul falsę: Propositio, quę subalternat oppositu
universalis est, vocatur Subalternans, et altera
subalternata apellatur: ut quę hactenus diximus
ê memoria non efluant, habe prae oculis Tabu=
lam, quę fluxa revocet, revocataque servet. (Tabul. 1ª)



44 Adverte 1°. quod Opositio propositionum Contradictoriarum est omnium maxima, quia Opo-sitio Contradictoria est opositio Reciproca in verita-te, et falsitate, et ceteræ solum important Repugnan-tiam, in veritate, l, in falsitate: Adverte 2 quod eidem propositioni non potest contradici per plures propositiones, nisi per eas, quæ omnino equivalen-tes sint quoad sensum, quia per propositionem Contradictoriam id precise afirmatur, l, negatur quoad alterius falsitatem necessarium est, è contra-rio possunt eidem propositioni asignari proposi-tiones Contrariæ, quæ non sint inter se equiva-lentes, nam Contraria quælibet plus afirmat, l, ne-gat, quam necessarium est pro alterius falsitate; Unde huic propositioni, *Omnis homo est mendax* Contrariæ sunt istæ: *Nullus homo est mendax*, Aliqui homines non sunt mendaces; Similiter loquendum est de Subcontrariis.

Caput IIum.
De Equipolentia Propositionum.

45 Equipolentia, aut Equivalentia Propositionum, non est aliud, quam duarum propositionum alias sibi opositarum eadem vis, aut valor significationis vi particulæ non negantem sumptæ. Equivalentes redduntur Contradictoriæ, Contrariæ, et Subalternæ; ut ergo sciatis quo pacto eæ fiant equipolentes, tres Regulas vobis dabit sequens versus:

PRÆ Contradic; POST Contra; PRÆ POST que Subalter.

46 Præ Contradic indicat Contradictorias fieri Equipolentes, si particula non præponatur subjecto, En prima Regula. Post Contra denotat Contrarias fieri Equipolentes si particula non subjecto posponatur: En 2.a Regula. Denique Præ post que Subalter innuit, Equipolentes fieri Subalternas preposita, et posposita negatione subjecto alterius: En 3.a Regula.

XI

Ad Exempla descendamus Omnis homo est mendax; particula non, præposita sic, Non omnis homo est mendax, equivalens est suæ Contradictoriæ, nimirum aliquis homo non est mendax: Si particula non postponatur subjecto hoc modo Omnis homo non est mendax, equivalens est suæ Contrariæ nimirum Nullus homo est mendax: ac demum negatione præposita, necnon postposita in hunc modum, Non omnis Homo non est mendax, equivalet sensu cum ista Aliquis homo est mendax. Qualis sit signorum vis pro ipsorum varietate, sive præeat, sive sequatur negatio, sequentia Carmina vos edocebunt.

Non Omnis, Quidam Non; Omnis Non, quasi Nullus.
Non Omnis Non, Quidam; Sed Nullus Non, valet Omnis.
Non Nullus, Quidam; Nullus Non, Aliquis Non.
Non Aliquis, Nullus; Non Quidam. Non, valet Omnis.
Non Alter, Neuter; Neuter Non, præstat Vterque.

Caput III.um

De Conversione Propositionum.

18 Conversio Logica est formalis illatio ex alia extremorum intercedente transmutatione. Unde ex Propositione, Nullus eqquus est homo, si subjectum ponatur pro prędicato, et prędicatum pro subjecto deducitur ista: Nullus homo est equus. Triplex est Conversionis spesies, Simplex, per accidens, et per contra positionem: Simplex est, in qua manet eadem propositionum quantitas; ut Nullus ~~homo~~ Equus est homo: q. nullus homo est eqquus: Per accidens est in qua variatur propositionum quantitas, ut omnis Leo est animal: q. aliquod animal est Leo: Per Contrapositionem est, in

qua tri finiti in infinitos convertuntur, et infiniti in finitos; ut Omne vivens est substantia: ergo omnis non substantia, est non vivens: Tot haec Conversionum species, et doctrina his concluduntur Carminibus Philosophicis.

Simpliciter Feci, Convertitur
Eva per acci.
Asto per Contra, et sic fit
Conversio tota.

Qui versus his alijs explicantur.

Asserit A, Negat E, sed universaliter Ambo.
Asserit I, Negat O, sed particulariter ambo.

49 In primis versibus observa tres dictiones Feci, Eva, Asto, et in ijs ad literas vocales A E I O: Feci claudit literas E, et I; Eva complectit E, et A; Postremo Asto continet A, et O. A, significat propositionem Universalem afirmativam, et E universalem negativam; I particularem afirmativam, et O particularem negativam.

50 His ita, dico Feci converti simpliciter, nil est aliud, quam dicere, quod propositio universalis negativa, et particularis afirmativa simpliciter convertendę: Eva converti per accidens non est aliud, nisi quod propositio universalis afirmativa, et negativa per accidens sunt convertendę; Asto converti per Contrapositionem, nil est aliud, quam innuere, quod propositio universalis afirmativa, et particularis negativa hanc speciem Conversionis habiturę.

51 Interes 1.º: quod iuxta Feci Propositio Nullus homo est Equus, convertitur ita, Nullus Equus est homo. 2.º: quod juxta Eva Propositio Nullus Leo est visibilis convertitur: ergo aliquod visibile non

est Leo: 3.° quod secundum Arist: Pro=
positio Omne Animal est non Lapis, con=
vertitur: ô omnis Lapis est non Animal;
Et ista Aliquis homo non est Equus, con=
vertitur: ô Aliquis non Equus non est non
homo. Sciendum est hic: Quod Conver=
tio, ut legitima sit exigit, terminos habere
in utraque propositione invariatam suppo=
sitionem; Sed tamen Excipias variatio=
nem Quantitatis, quæ necessaria est ad
Conversionem per accidens.

Caput IV.

De Propositionibus Modalibus.

52 Propositio Modalis est illa, quæ sig=
nificat unum alteri convenire, et modum, quo illi
convenit: In propositione modali, hac v.g. Petrus

esse Animal, est necesse, duo inspiciantur dic-
tum, et Modus. Dictio est ratio illa infini-
tivi Petrum esse Animal, quę gerit munus subjec-
ti, et de qua, tamquam de Subjecto enunciatur
Modus, ut Prędicatum Necesse. Copula au-
tem principalis in prędicta propositione
non est illa, quę dictum implicat, sed quę dic-
tum ipsum innectit cum modo: Quantitas, et
Qualitas propositionis Modalis non desumitur
a dicto, sed a modo, et copula principali. Mo-
di quatuor sunt: nimirum: necesse, Imposibi-
le, Posibile, et Posibile non: 1.us universalis afir-
mativus est, 2.us universalis negativus, 3.us
est particularis afirmativus, et 4.us particula-
ris negativus; ut docent versus sequentes.

Omnis NECESSE valet, IMPO-
SSIBILE Nullus.
POSSIBILE Quidam, Quidam Non,
POSSIBILE NON.

53 Hic communiter additur de Opositione Equi

polentia et Conversione Propositionum mo=dalium, sed abhis omnibus abstineo, quia ad altiora gradum facio; Cum Tempus superat, potestis videre apud Autores.

CONTROVERSIA IIIa.

De Eis, quæ pertinent ad Tertiam Intellectus Operationem.

DISPUTATIO Ia.

De Argumentatione.

CAPUT Ium.

Quid sit Argumentatio?

54 **A**rgumentio, quæ et Discursus, et Raciocinatio dicitur, definitur, Oratio, in qua unum ex alio infertur. Argumentatio, ut minimum constat duabus enunciatis, quorum primum, seu inferens dicitur Antecedens, alterum, seu illatum apellatur Consequens, Illatio vero ipsa, seu deductio unius ex alio, nuncupatur Consequentia, quam indigitat particula ergo, l, igitur. Ut illatio hæc, Conseqᵃ. bona sit, necessaria est antecedentis cum consequenti connexio, quoad veritatem, adeo, ut si antecedens verum sit, l, esse verum suponatur, præstanda sit fides consequenti. Hinc deducitur, quod poterit Conseqᵃ. esse bona, licet Consequens sit falsum: v.g. Petrus hinnit: ergo est equus, et è contra quamvis consequens sit verum potest mala esse consequentia: v.g. Petrus est vivens: ergo est homo.

55. **J**am ergo Argumentationis species sex solent recenseri, nimirum, Entimema, Exemplum, Inductio, Sorites, Dilemma, Silogismus. Entimema est, Argumentatio, in qua, ex una tantum propositione deducitur alia: v.g. Petrus currit ergo movetur. Hic adverte, quod Antecedens concedes, negabis, Distingues, omites, aut permites. Concedes. Cum verum sit, negabis,

quando sit falsum, Distingues, cum obscuritate laboret, l. sit dubium, omites, aut permittes, cum falsum sit, et aliunde non tibi noceat propugnanti. Consequens distingues, aut omites ab eisdem rationibus inductus; Caeterum numquam distingues, aut omites consequentiam, sed solum concedes, aut negabis.

56 Exemplum est Argumentatio in qua unum infertur ex alio ob parem, l. fortiorem rationem et dicitur Argumentatio à paritate: v.g. Petrus debilis potest jejunare: ergo et Antonius. Quando in consequenti datur major ratio, quam in antecedenti, dicitur Argumentatio à fortiori, v.g. Petrus debilis potest jejunare: ergo et Antonius robustus. Inductio est Argumentatio, in qua ex particularibus sufficienter enumeratis colligitur universales v.g. Sol illuminat Europam, Africam, Americam, et Asiam, et nulla alia est Orbis Pars: ergo Sol illuminat omnes Orbis partes.

57 Sorites, ut ajunt Graeci et Gradatio, ut dicunt Latini, est Argumentatio, quae gradatim recencens plures propositiones, enuntiat tandem per illationem predicatum ultimae propositionis de subjecto: v.g in hac, Peccatum Deum offendit, quod Deum offendit nos ab eo separat,

quod nos ab eo separat omnium malorum est maximum: ergo Peccatum est omnium malorum maximum. Species haec Argumentationis falla-tijs obnoxia est, ideo vobis solicitè perpendenda est cum ea objiciatur ab Arguente.

58 **D**ilemma, quod dici solet Argumentum bicorne, seu bicornutum, quia utrinque ferit, est Argumentatio inferens consequens ex antecedenti disjunctivo, feriensque Adversarium pro utraque disjunctionis parte: v.g. Aut Apostolus errat, aut Mundus fallit: si Apostolum errare dicis, Blaphemus es: si Mundum fallere censes: ergo pariter falleris, qui Mundum sequeris. Sillogismus denique est Argumentatio, in qua ex duplici propositione rectè distribuente medium, tertia propositio infertur: v.g. Omnis homo est animal, sed Aliqua substantia est homo; ergo aliqua substantia est Animal.

CAPUT IIum.

Traduntur Argumentationis Principia.

59 **R**ecta Argumentatio fundatur in principiis evidentibus. Primum Principium: Ex vero, non nisi verum: Ratio, quia Veritas antecedentis connectitur cum veritate consequentis. 2.um ex falso aliquando verum, et aliquando falsum: Ratio, quia Ans falsum duplicem potest habere partem, aliam veram, necnon aliam falsam, qua parte ans est verum potest inferre Consequens verum, qua parte falsum est, valet inferre consequens falsum. Sit in Exemplo Antecedens hoc: Omne Animal est homo; ex quo infertur consequens hoc verum: ergo Petrus est homo, Et etiam inferre potest Consequens hoc falsum: ergo Equus est homo.

60 **T**ertium Principium est: Ex necessario, non nisi Necessarium: Ex Contingenti, l, Contingens, l, necessarium, numquam tamen Imposibile: Ex Imposibili quodlibet sequitur; id est, tum necessarium, tum Contingens, tum Imposibile. Regula complectitur tria membra: Ratio primi, quia necessarium est necessario verum, et propterea non habet connexionem cum eo, quod sit, aut posit esse falsum: Alioquin ex vero posset inferri falsum, quod est contra primum principium: Ratio secundi, quia nil prohibet Contingens connecti cum contin=

genti, et etiam cum necessario: sic ex hoc contingenti: Petrus est homo albus: sequitur hoc necessarium: ergo Petrus est homo: et hoc contingens: ergo Petrus est albus: Ratio tertij: quia licet Imposibile semper sit falsum, ex falso tamen tum verum, tum falsum, tum contingens deduci potes, sic ex hoc imposibili: Equus ratione utitur, sequitur hoc necessarium: ergo Equus est Animal: et hoc contingens: ergo Equus existit: et hoc Imposibile: ergo Equus est homo.

61 Principium Quartum: Ex oposito consequentis sequitur opositum antecedentis; Ex oposito antecedentis, non semper sequitur opositum Consequentis: Ratio primi; quia omne antecedens connectitur cum consequenti, proinde, que non potest esse verum, si consequens a veritate deficiat: Unde si valet; est Animal: ergo vivens; valere etiam debet; Non est vivens: ergo non est Animal. Ratio secundi; quia sepe Connexio Antecedentis, cum consequenti non est mutua, potestque consequens aliunde subsistere, licet deficiat antecedens. Itaque quamvis valeat, Est Animal: ergo est vivens; Non ideo valet, Non est Animal: ergo non est vivens. Quintum principium: Ab actu, ad potentiam valet consequensia, non tamen semper, e converso. Prima pars

est per se nota: Nam quisque cognoscit, sic evidenter argui: Petrus currit: ergo potest currere. 2.a pars etiam liquet: quia Potentia non semper connectitur cum actu, Itaque non valet, Petrus potest currere: ergo currit; dixi non semper, ut excipiatur Potentia actum necessario exigens: v.g. Deus potest existere: ergo existit.

62 Principium sextum: Argumentum multum, aut nimis probans, nihil probat: Nam si quis ad suadendum hominem esse rationalem, utatur hac propositione: Omne Animal est rationale, nulliter arguet; quia ex illa propositione sequitur, non solum hominem esse rationalem, sed etiam Equum, et alia Animalia. Quare ejusmodi Argumentum instabitur, aut retorquebitur ostendendo ex antecedenti deduci consequens ab omnibus, l. saltem ab Arguente rejiciendum.

DISPUTATIO II.a
De Sillogismo.
CAPUT I.um
De Materia Sillogismi

63. Materia, ex qua conficitur Silogismus est duplex, Remota, scilicet, et proxima: Materia Remota sunt Termini, Proxima vero Propositiones, quę ex eis componuntur. Tres inveniuntur in Silogismo Propositiones, quarum duę priores vocantur Premisę, altera Major, altera Minor, sed tertia nuncupatur Conclusio; Tres pariter sunt in Silogismo termini, nimirum Extremum Majus, Extremum Minus, et Medium: Medium, quod bis ponitur in premisis, seu quod positum semel in unaquaque mediat inter Reliquos Terminos, et numquam in Conclusione reperitur. Extremum majus est illud quod in Premissa majori cum medio colocatur, Extremum vero minus, quod in minori cum eodem medio ponitur; Unde in isto Silogismo: Omnis Equus est hinnibilis; sed aliqua substantia est Equus: ergo aliqua substantia est hinnibilis: Terminum Equus Medium apellabis, Terminum Hinnibilis Extremum majus, Terminum Substantia Extremum minus.

64. Forma Silogismi est illa terminorum, ac Propositionum dispositio, vi cujus ex premisis necessario deducitur consequens,

et ideo Silogismus rectus dicitur concludere
ex vi formæ. In hac forma duo consideran=
da sunt figura, et Modus. Figura respicit
materiam Remotam Silogismi, quæ est apta
dispositio terminorum quoad subjectionem, et
prædicationem. Modus vero respondet materiæ
proximæ, Ea enim est, quædam præmissarum
dispositio secundum universalitatem, et particu=
laritatem, afirmationem, et negationem: Cum
medium tripliciter disponi posit cum extremo,
figura triplex est: 1.a est in qua medium sub=
jicitur in præmissa majori, et prædicatur in
minori: v.g. Omne Animal est vivens: sed
Omnis Equus est Animal: ergo Omnis Equus est vi=
vens: Secunda est, quæ medium in utraque præ=
missa prædicat: v.g. Nullus Lapis est Animal:
sed omnis homo est Animal: ergo Nullus homo
est lapis. Tertia est, quæ medium subjicit in
utraque præmissa: v.g. Omnis Leo est Animal;
sed Omnis Leo est vivens: ergo aliquod vivens est Ani=
mal; sed ut dicta hæc memoria teneas accipe sequ=
entes versiculos.

Prima prius subdit Medi-
um, Media prædicat ipsum.

Altera bis dici, Bis tertia sup- peti ipsum.

65. Sillogismorum Modi novemde cim recensentur, quorum novem primi per- tinent ad primam figuram, Ad secundam quatuor sequentes, et sex qui restant ad tertiam, prout sequentibus hisce carmini- bus notantur:

Ad 1.am Fig. } Barbara, Celarem, Darij, Ferio, Baralipton. Celantes, Dabitis. Fapesmo, Frisesomorum.

Ad 2.am fig. } Cesare, Camestres, Festi- no, Baroco. Ad 3.am fig. } Darap- ti, Felapton, Disamis, Da- tisi Bocardo, Ferison.

66 In qualibet istorum verborum tres vocales suo ordine indigitant tres Enunsiationes Sillogismi, nempe majorem, minorem, et Conclutionem, quæ sane pro valore ipsarum vocalium, et atentis alibi adductis, explicatis que Aserit A &c. erunt universales aut particulares afirmativæ, aut negativæ: In vocibus Baralipton, et Frisesomorum in pretio habendæ sunt primæ vocales, et reliquæ, ut inutiles contemnendæ.

67 Adverte hic primo: quod quatuor priores modi primæ figuræ directe concludunt, et quinque alij indirecte; ij modi dicuntur directe concludere, in quibus Terminus, qui in premisis fuerat Extremum majus, efficitur in Conclutione prædicatum; ij vero indirecte, in quibus idem Majus Extremum est in Conclutione subjectum. Sit Exemplum: Nullum vivens est lapis: sed omnis Equus est vivens: ergo Nullus Equus est lapis. En Sillogismus juxta Celarem, qui est modus directus primæ figuræ, sed si manentibus eisdem premisis subjectum, et prædicatum locum mutent; v.g. Nullum vivens est lapis: sed Omnis Equus est vivens: ergo Nullus lapis est Equus, Sillogismus, qui antea fuerat factus juxta Celarem, modum directum, jam nunc

respondet Celantes modo indirecto

68 Adverte 2.º quod omnes Modi, sive directe, sive indirecte concludant, gaudent legitima conclusione; quia in eis omnibus optima est deductio.

Caput II.um

De Principijs Sillogismorum.

69. Vim et eficasiam sillogismorum ad concludendum suadet Aristoteles l.º Priorum cap 1.º duplici principio hic explicando: 1.um est: Dici de omni, Dici de nullo. Prima pars istius principij regulat Silogismum afirmative concludentem: 2.a vero Sillogismum, qui negative concludit. Sensus primae partis hic est: Quidquid afirmatur de aliqua ratione communi, perfecte distributa, afirmandum est ab

omnibus, et singulis inferioribus sub illa contentis. Unde evidenter patet recte concludere Sillogismum in Darij: Omnis homo est vivens; sed aliqua substantia est homo: ergo aliqua substantia est vivens: Quia cum in majori affirmetur prædicatum vivens de homine distributive sumpto, et in minori statuatur aliquam substantiam sub homine contineri, hinc clarius aparet de aliqua substantia affirmari debere prædicatum vivens.

70. Secundæ partis sensus est: Quidquid negatur de ratione communi perfecte distributa, negandum pariter est de inferioribus sub illa contentis: et hic fit, quod evidenter rectus sit Sillogismus hic in Ferio: Nullus Equus est Leo: sed aliqua substantia est Equus: ergo aliqua substantia non est Leo: quia cum in majori de Equo distributive sumpto negatur prædicatum Leo, et in minori asseratur aliqua substantia sub Equo contenta, fluit inde clarissime, quod de aliqua substantia negandum venit prædicatum Leo.

71. Huic principio aliud accedit, nimirum: Quæ sunt eadem uni tertio sunt idem

inter se, et qui distinguuntur in tertio, distinguuntur inter se. Principij prima pars deservit pro Silogismis affirmativis; 2.a vero pro negativis. Prioris ostenditur vis in hoc Silogismo: Petrus est albus: sed hic homo est Petrus: ergo hic homo est albus. In quo eatenus directe deducitur identitas extremorum, hic homo, et albus, quatenus in premisis eadem extrema ponuntur identificata cum medio Petrus. Vis posterioris aparet in hoc Silogismo: Petrus non est albus; sed hic homo est Petrus: ergo hic homo non est albus: In quo optime infertur distinctio extremorum hic homo, et albus, quipe in premisis alterum extremum adducitur identificatum cum medio Petrus, et alterum ab eodem medio distinctum.

CAPUT III.um

De Regulis Sillogismorum

72. Ex principijs supra explicatis quydam Regulæ Silogismorum derivantur. Prima Regula est; Silogismus constat tribus tantum terminis: Ratio, quia Silogismi includunt identitatem, b. distinctionem extremorum inter se, juxta eorumdem comparationem cum medio: Unde tantum admitendi sunt tres termini, Medium, scilicet, et extrema. 2.a Regula est: Medium, ut tale, nonquam est in Conclutione. Ratio, quia in Conclutione ponitur, id quod probari intendit, nimirum, duorum extremorum identitas, b. distinctio. Dixi Medium, ut tale, quia id poterit in Conclutione ingredi, si munus etiam extremi subeat aliquatenus: v.g. Omnis homo est homo albus; sed Petrus est homo: ergo Petrus est homo albus.

73. Tertia Regula: Medium in altera saltem ex premisis, complete distribuatur; hoc est, quod suponat distributive pro omnibus inferioribus. Ratio, quia aliter extrema non erunt eadem, nisi secundum partes distinctas ejusdem tertij, ex quo sane non infertur ipsorum identitas inter se; Item, quia sic præcipitur à principio: Dici de omni &c. Unde claudicat hic Silogismus.

Omne Animal fuit in arca Noe; sed Bucephalus est Animal: ergo Bucephalus fuit in arca Noe; quia medium Animal non distribuitur complete, In majori enim suponit pro generibus singulorum, non pro istis. Quarta Regula: Ex puris particularibus nihil infertur. Ista Regula non indiget explicatione.

74. Ultima Regula est: Conclusio sequitur debiliorem partem; id est, si aliqua ex premissis sit particularis, conclusio est particularis: si aliqua premissa est negativa, Conclusio negativa est: Ratio prime partis, quia si aliqua premissa est particularis, et Conclusio universalis, tunc sane, vel, Medium in nulla premissa distribueretur, vel aliquod extremum distribueretur in Conclusione, quod non erat distributum in premisis. Ratio secunde partis est: quia Sillogismus, cujus altera premissa sit negativa regulatur per illud Dici de nullo, vel, per illud, que distinguuntur in tertio &c. et utrumque postulat, quod Conclusio sit negativa, sive quod alterum extremum de altero negetur.

CAPUT IV.um
De Reductione Sillogismorum.

75 Sicut pro Sillogismis perfectis duo antea posita, asignantur principia, sic etiam pro Sillogismis imperfectis alia duo principia asignantur, quibus Sillogismi imperfecti reducuntur ad perfectos, sicque innegabilis consequentia fit, semel consessis præmisis, eo quod per Reductionem fiant perfecti. Reductio est duplex; 1.a dicitur per ostensionem; 2.a per impossibile: Reductio per ostensionem fit, quando per conversionem propositionum, l, transmutationem præmissarum in Sillogismo imperfecto eformatur Sillogismus perfectus, ut eadem Conclusio clarius ostendatur. Pro hac reductione, duo sunt advertenda: 1.um ad quemnam modum ex perfectis, quisque ex imperfectis revocandum sit; 2.um Signam Conversio, l, Transpositio Enunciationum peragenda

sit. Circa 1.um notabis literam initialem modi imperfecti, unusquisque siquidem revocandus est ad modum perfectum sibi litera initiali convenientem. Unde Baralipton reducitur ad Barbara, Celantes ad Celarem, Dabitis ad Darij, Fapesmo ad Ferio, et sic de reliquis.

§ 9

76. Circa secundum notandę sunt in dictionibus modi imperfecti literę **S, P, M, C.** Litera **S** denotat propositionem quę vocali precedenti correspondet convertendam esse simpliciter. Litera **P** significat, propositionem, quę vocali precedenti correspondet convertendam esse per accidens; Litera **M** transponendas esse premissas; Et Demum Litera **C**, quod Modi, in quibus illa invenitur, nempe Baroco, et Bocardo, non possint reduci per ostensionem, sed solum per Impossibile. Hęc Doctrina hisce carminibus continetur.

Simplicitèr verti vult **S**, **P** vero per acci.
M vult transponi, **C** per Impossibile duci.

77 Iam ergo si tibi placet reducere Silogismum istum in Fapesmo etformatum; Omne risibile est homo: sed Nullus Leo est risibilis: ergo aliquis homo non est Leo: Observa 1º. Incipit per **F** et propterea revocandus est ad Ferio: Observa 2º. quod ad primam vocalem in Fapesmo sequitur Litera **P**, unde propositio major convertenda est per accidens, sic aliquis homo est risibilis: Observa 3º: quod post secundam vocalem reperitur litera **S**, et hinc requiritur quod propositio minor sit convertenda simpliciter sic: Nullum risibile est Leo: Observabis Deniq. quod ibi adducitur litera **M** juxta quam transponende sunt premisse; Otis omnibus animadversis ille eficitur Silogismus in Ferio, hoc modo: Nullum risibile est Leo: sed aliquis homo est risibilis: ergo aliquis homo non est Leo: Et en Conclusionem eandem clarius ex premisis aliter dispositis deductam.

78 ¶ Reductio per Impossibile est Revocatio Silogismi imperfecti ad perfectum, ut reducatur Contradictoria, l. Contraria alicuius premise prioris Silogismi. Reductio hec cogit respondentem ad concedendas duas Contra

dictorias, l. contrarias, premissam nempè, illogismi imperfecti, quæ suponitur vera, et Conclusio sillogismi perfecti, quæ denuo deducitur esse simul veras, et cum impossibile sit duas Contradictorias, l. Contrarias simul verificari, ideo Reductio hæc dicitur per Impossibile. Modi imperfecti reducentur ad perfectos juxta ordinem, quē assignant sequentia carmina.

BARBARA, Felapton, Fapesmo,
Baroco, Bocardo.
Verti, et illatum cum probitate
docet,
CELAREM, Disamis, Datisi
Festino, Darapti.
Comprobat, hos inter, et Barala-
lipton exit.
Vult DARII, Friseson, Camestres,
cumque Ferison,
Celantes. FERIO, Cesare, Da-
tisis amat.

79 Reductio hæc postulat, quod ex imperfecto Siliogismo detrahatur, aliqua præmissa, cui suadet Contradictoria negatæ Conclusionis, ut inde prodeat in modo perfecto nova Conclusio contradictoria, l. Contraria illi præmissæ, quæ detracta est, et quæ iam supponitur ab Adversarijs concessa. Qualiter autem id faciendum sit in singulis figuris, edocetur his versibus.

In prima illati Contradictoria Majori
Esto prior major ponatur sede minoris,
Demptæ Celantes, in quo hic invertitur ordo.
Servat majorem, variatque Secunda minorem.
Tertia majorem variat, servatque minorem.

80 Res explicatur si tibi placet reducere Siliogismum hunc imperfectum pri=

mæ figuræ: v.g. in Baralipton: Omne Animal est substantia: sed omnis homo est Animal: ergo aliqua substantia est homo: Assume, in propositionem majorem novi silogismi contradictoriam prioris conclusionis, Nulla substantia est homo: Appone deinde pro minori majorem prioris silogismi, nempe, sed omne Animal est substantia, et tandem deduces in Celarem Conclusionem hanc: ergo Nullum Animal est homo, quæ sane conversa per accidens sic: ergo aliquis homo non est Animal, statim aparet Contradictoria primæ minoris; conversa vero simpliciter in hunc modum: ergo Nullus homo est Animal, contraria videtur ejusdem minoris.

88 His servatis sequitur, ut si quis concessis præmisis silogismi imperfecti negavit consequentiam, adigat vi silogismi perfecti, vel ad fatendum suum herrorem, vel ad admitendas, ut veras duas contradictorias, aut contrarias: Ratio quia majorem Silogismi teneatur admitere, cum sit contradictoria conclusionis negatæ, et minorem prioris silogismi, ut pote jam antea concesam, et ex appositis præmisis recta illatione deducitur conclusio.

Ab hac regula excipe Celantes, cujus reductio ita peragenda est: pro majori substituatur minor silogismi reducti, et ejus consequentis negati contradictoria pro minori ponatur, itaque inferes contradictoriam, l. contrariam. Jam hic data est Doctrina pro reductione silogismorum.

Caput VIII.

Nonnullæ silogismi Divisiones traduntur.

82 Dividitur silogismus in demonstrativum, topicum, et sophisticum: 1us est; qui constat ex præmissis veris, certis, immediatis, notioribusque causis conclusionis, et hic generat scientiam, v.g. omne totum est majus sua parte: sed corpus est

totum, et manus est pars: ergo corpus est majus manu: Secundus est, qui constat ex praemisis, tantum probabiliter veris, et generat opinionem; v.g., Omne praedicatum est terminus; sed verbum in propositione est praedicatum: ergo est terminus: Sophisticus est: qui constat ex praemisis apparenter certis, et generat errorem: v.g., Quidquid Asinus non amisit, habet: sed Asinus non amisit scientiam: ergo Asinus habet scientiam.

83 Rursus dividitur Sillogismus in communem, et expositorium; Communis est, cujus medium est terminus communis: Expositorius est, cujus medium est terminus singularis; v.g. Petrus est doctus, sed hic homo est Petrus; ergo Petrus est doctus. Aliqua sunt observanda pro Sillogismo expositorio. Principale est; quod Medium sit perfecte singulare, et nullomodo commune, defectu hujus male concludit hic Sillogismus: Deus est Pater; sed Filius est Deus: ergo Filius est Pater; quia licet Deus sit terminus singularis non est perfecte singularis, quia significat Deitatem pluribus personis communem.

Caput VIum.

De Falatijs Silo=gismorum.

84. Tredecim communiter asignantur falatię, quę in Silogismo sophistico continentur, sex in dictione, et septem extra dictionem: 1.a falatia dictionis est Equivocatio, et committitur, quando eadem dictio diversa significat, et modo; pro uno accipitur, et modo pro alio: v.g. Galus est Avis; sed Francus est Galus; ergo Francus est Avis. 2.a est Amphibologia, et fit, quando Enunciatio plures habet sensus: v.g. Quidquid est Aristotelis, non est tuum: sed Logica, quam emisti est Aristotelis: ergo non est tua: ubi major loquitur de Aristotele, ut Domino, et minor de eodem; ut Autore.

85. Tertia accentus: hęc abutitur vocibus, sono, aut scriptione similibus, quasi nihil diferant, cum habeant distinc=

tum significatum: v.g. Quidquid edis comedis; sed Librum edis: ergo Librum comedis. Quarta est Dictio, et est ex similitudine unius dictionis cum alia: v.g. Quidquid emisti comedisti; sed carnes crudas emisti: ergo carnes crudas comedisti. Quinta est Compositio, et 6.ª divisio. His fallitur, qui transit à sensu composito ad divisum. et è converso; v.g. Omnis sedens potest ambulare: sed Petrus est sedens: ergo Petrus potest simul ambulare, et sedere.

86 In classe Sophismatum extra dictionem 1.ª species est accidentis, et committitur, quando tribuitur subiecto ratione sui, quod ei convenit ratione accidentis, v.g. Musicus non est à natura, sed ab arte; sed Petrus est Musicus: ergo Petrus non est à natura, sed ab arte. 2.ª est à dictio secundum quid ad simpliciter, vel à parte ad totum; et est quando praedicatum convenit subiecto secundum partes, et tribuitur ei secundum totum: v.g. Ethiops est albus secundum dentes: ergo est albus. 3.ª est Ignorantia Elenchi, et est, quando vult arguens, ut concedatur, vel contradictorium, quod re vera non est, v.g. Religiosus vivit Coelo, et non vivit Mundo: ergo vi-

vit, et non vivit. 4.ª est falatia consequentis, quando non servatis regulis consequentiæ, infertur consequens: v.g. omnis homo est Animal: ergo omne Animal est homo, ubi non observantur leges conversionis, quia propositio universalis afirmativa non convertitur simpliciter, sed per accidens.

87. Quinta est falatia petitionis principij, quando idem ponitur per idem, v.g. Cœlum est Sphericum: ergo est rotundum. 6.ª e non causæ per causas, quando pro causa alicujus rei assignatur id, quod non est vera, et propria causa; ut siquis vini usum omnino prohibendum dicat, quia ebrietas inde provenit, cum ebrietatis causa non sit vini usus, sed abusus. 7.ª et ultima, falatia est plurium interrogationum, ut unius, et accidit, quando arguens multipliciter de interrogatione quærit, unicam Responsionem: interrogat v.g., homo, et canis suntne risibiles? si respondeas unica responsione capieris, unde, ut non capiaris duplex Responsio exigitur, una qua afirmes de homine, alia qua neges de cane. Et hæc, Dilectissimi Discipuli de multis, quæ in Summulis solent tractari, vobis exponi;

Parva Quidem, sed quę stu=
dio servata perenni,

Mirificos fructus progressu
temporis edent.

FINIS.

Index Controversiarum,

Disputationum, et Capi=

tum, quæ in hoc Sum=

mulistico Compendio

continetur.

Caput 6.um De falacijs Sillogismorum. Pag. 62,

LAUS DEO. ET IMMACULATÆ DE-IPARÆ.

Logica Maci-nea, sive Rationalis Philosophia, Sanctissimo Patriarche Josepho ex animo dicata.

Prolata, et elaborata a D. D. Thoma de Ocaña, in Aula Fulgentissime Aurore Marie, Artium Lectore; Die 3a Novembris, Anno ab Incarnata Salute MDCCLXXIII: et scripta ab Antonio Emmanueli de Paxiente, ejusdem Discipulo.

AUDITORBUS.


Ad Logicam Universam gradum facimus, Auditores ingenui, hucusque in Sinopsi nostra plura perstricta dedimus, jam quo fuse evolvamus Universa. Logicam, quam explanandam suscipimus, in Coriferum habet Aristotelem; hic vulgo Stagirita noncupatur a Patria Stagira Macedoniȩ Oppido. Arles fuit Socratis, et Platonis Auditor, et sub his ducibus tot in literis profectus fecit, ut merito dubitare possimus, An sit Discipulus supra Magistrum? Peripatetica Aristotelis nominatur Schola, quia prope Athenas deambulando Discipulos edocebat, Stant ad Institutum nostrum pertinentes hujus Authoris libri, Logici, Phicisi, et Methaphisici, ex quibus modo Logici recto

ordine explicandi veniunt, sunt etenim ad scientias addiscendas organum, et januam. Si Theologicam, Jurisprudentiam, aut Medicinam discere aspiratis, Adolescentes optimi, Logica, necesse est, imbuamini. Nec vos terreant dificultates, et bella, quę **CONSTANTIA, ET LABORE**, jam vos video superare. Castissimum Sponsum Purissimę Matris Dei Marię, Sanctissimum Josephum Proctectorem accipito, immò Ducem in bello pręstantissimum, hujus operi directione-ne- quę singulari in Dialectisis Phanum ingredi non moremini mo

Operis Divisio.

Eamdem, quam hucusque Metho-
dum observantes, de triplici mentis operatione
tractabimus. Aristoteles totam divisit Dialecti=
cam in Librum, quem de Categorijs inscripsit,
seu de prædicamentis, ubi res omnes ad decem
revocat utilissima genera, libros de Perhier
menias, sive de Interpretatione, ubi de sig-
nis, terminis, notione, verbo, propositioneque;
tradidit libros de priori, et posteriori Ana
lisis, sive Resolutione, ubi de Silogismorum
figuris, et modis egit, ac demonstratione;
libros Topicorum, ubi de Silogismo probavi=
li; Elenchos denique, ubi de Sophistica, et
falasi Argumentatione; quibus omnibus
duo alij accedunt, alter de naturis univer=
salibus, de quinque prædicabilibus alter. Aris=

totelis Inteligentiam tribus comtemplemus
Controversijs. Nos itaque Proemialem pre-
mitimus Controversiam ad Logicę investigan-
dam naturam, et ex nãa, et ejus quidditate,
Logicę dignoscatur objtum, et ex nãa, et objto,
utilitas, necessitasve Logicę ad Scientias com-
parandas ostendatur. Postmodum de perti-
nentibus ad aprehensionem tractaturi, ubi
Controversiam de Identitate, et distinc
tione rerum, quia utili ad doc-
trinam de Universalibus
capiendam, huic sequi-
tur Controversia





de pertinenti
bus ad Iu
ditium,
et ta
men
ultimam
exponemus
de pertinentibus
ad Discursum, et sic
Logicam absolu
tam dabi
mus.

Controuersia Iª Proœmialis

Disputatio Iª

De Esentia Logicę

Caput Ium

Definitur, et Dividitur Logica.

Non nulla de nomine, et existentia logicę, antequam ejus definitionem tradamus, libuit annotare: De Dialecticę origine, dignitate prestantia, utilitateque multa, multi, sed quę

nostro parumper Instituto deserviunt: hac super re Colegium Conninbrisense in suo ad Logicam Proœmio dicit erudite, quam plurima. Primo Parenti Adamo fuit à Deo hæc facultas infusa, sicut reliquæ sciæ, sed longo sæculorum tractu, et hominum incuria fuit deperdita; Invenit tandem hanc facultatem novilissimam Philosophorum Princeps Aristoteles.

2 Facultas ista facultatum nobilior organum Logica, et Dialectica nuncupatur. Organum, l. quia est instrumentum scientiarum, l. quia Instrumenta sciendi scientijs omnibus subministrat. Logica nominatur. quia rationem dirigit, et quia tota in prescribendo regulas de interno sermone, seu quod idem est de actibus Intellectus. Demum Dialectica dicitur, quia Methodum operis diserendi. Aliquando vero Dialecticæ nomine totam Logicam significamus, aliquando tantum Logicæ partem, quæ probavilior concipitur, et hæc pars Logicæ speciali nomine Topica nuncupatur.

3 Logicam existere, aut possibilem esse, non defuere, qui sint, ausi negare; fundamentum desumere videntur in

sinistra Philosophi Inteligentia 6º. Ethicorum cap. 4º. ubi Stagirites ait: De actibus naturalibus, neque artem esse, neque Regulas; Quare cum modi sciendi sint actus naturales, quos Intellectus naturaliter eliciat inutilis, et superflua, omnino videtur artifisialis Logica: Hinc Entimema, hoc eformabant: Natura certior est arte: ergo inutilis est Logica artifisialis: natura potest majori certitudine erore facere, quod erat ex directione Logicæ factura.

Respondeo distinguendo ant.: Natura certior est arte in rebus eodem tenore, et ex necessitate operantibus; concedo. In rebus non ita operantibus: nego. Exempla ignis solutionem illustrat, ut ignis v.g. comburat, Regulæ sunt omnino superfluæ; quia natura ignis suo pondere ad Combustionem inclinat; At vero Intellectui nostro, possunt prescribi regulas, quia mens nostra non eodem modo semper operatur, sed est indiferens ad plures quoad speciem modos sciendi, in quibus, nec est facilis, neque determinatus naturaliter, ut sine herrore procedat, multoties quidem fallitur: ut ergo Intellectus sit facilis ad modos sciendi conficiendos,

etutsine herrore procedat, necessaria est, ait N. A. D. 1º Porrexiorum Lectᵉ 1ª; Facultas, quæ sit directiva ipsius actus rationis, et hæc est ars Logica, quam sic definio.

5 **S**cientia directiva Intellectus ad modum sciendi conficiendum. Per esse scientiam convenit Logica cum Theologia, et Medicina, quæ Logica non sunt, et ē Genus proximum; Reliquæ definitionis voces sunt differentia, qua Logica à non ipsa discriminat. Dividitur Logica in naturalem, et artifisialem. 1ª dicitur, ipsa Intellectus vis, seu lumen illud Intellectui naturaliter ingenitum, quo nullis antea regulis instructus, quandoque potest l, Rusticus definitionem, divitionem, et Argumentationem elicere. artifisialis est, cumulus ille preceptorum, sive Regularum congeries, quæ arte, et industria comparatur ad veritatem per modum sciendi indagandam.

6 **D**ividitur Logica in docentem, et utentem, Docens dicitur esse precepta, et regulas, quæ modum sciendi prescribunt, et Intellectum instruunt, ut in quacumque materia definiat, dividat, et Argumentet.

stens vero nil aliud est, quam actus illi, qui regulis à Logica habitis utuntur. Sed mirum est, quam acriter pugnent Authores in divisione hac, quæ confictioni plurimum, utilitatis parum habet. In re tamen parvi momenti, et de solo nomine judico cum Aince citante pro se Nostrum D. Angelicum 5° Methap. Lect. 1ª Divisionem prædictam esse Analogicam, impropriamque, sive divisionem tantum Anologi in Analogata, quæ hæc est, homo alius est verus, alius pictus.

Caput II.um An Logica sit Scientia, Et Ars?

7. Scientia ex Pho multiblicitur accipitur, primo late, et in hoc sensu scientiam

apellamus rei cognitionem, qualiscumque illa sit, sive incerta, et dicitur Opinio, sive certa et sine probatione, et Inteligentia dicitur, sive cum probatione, et Scientia nominatur: 2.º sumitur stricte, ut cum res certo, et evidenter cognoscitur, et dicitur Scientia simpliciter; ideo dixit Aristoteles 1.º Posteriorum, scire est per demonstrationem cognoscere. Unde familiaris definitio scientiæ stricte talis, est; Notitia certa, et evidens per demonstrationem acquisita.

8 Aristoteles explicat artem in 1.º Ethicorum cap. 4.º: est Habitus cum ratione factivus: Ad cujus Inteligentiam scire debes, Philosophum hic, et quotiescumque artem vocat habitum factivum de artibus exterius, et mechanicis loqui, non vero de Liberalibus, loquitur quippe de arte juxta primam expositionem nominis Ars: hæc 1.º fuit imposita ad artes Mechanicas significandas, sed postea ex sapientum usu hæc significatio fuit extensa ad artes etiam liberales per quamdam similitudinem: ideo N. Doctor 1.ª 2.æ Q. 57. A.º 3.º ad 3.um Logicam artem per quamdam similitudinem apelat, sed quamvis hæc similitudo fuerit ocasio ex

tensionis, Nomen Ars deinceps, quae proprie significat conceptum communiorem, artibus Liberalibus, et Mechanicis; et quidem Angelicus, qui Logam artem per quamdam similitudinem vocat, 1.º Posteriorum l.ᵉ 1.ª ait: Ars quaedam necessaria est, quae sit directiva ipsius actus rationis, et haec ars est Logica, et in eodem loco Logicam artem artium apellat. Hinc immerito Ricarço duplicet, quod Logica non sit proprie Ars, sed solum per similitudinem quamdam.

9. Celebris est apud Phos divisio artis in liberalem, seu activam, et Mechanicam, seu factivam. Haec versatur solum circa actiones externas, ex quibus permanet opus, ut sunt, v.g. Actus aedificandi. Prior de actibus internis agit, et de illis externis, ex quibus nullum remanet opus, ut actiones Musicae, et voces: circa quas Logica versatur. Nec fundamento vacat liberalem artem activam, et factivam apellari Mechanicam, quipe, juxta Phum ait D. Thomas in 6.º Ethicorum l.ᵉ 3.ª: Facere, et Factio actionibus externis, agere vero, et actio internis actionibus competit.

10 **Q**uænam sint Artes Liberales, et quænam Mechanicæ, hice versibus annotantur.

Lingua, Tropus, Ratio, Numerus, Tonus, Angulus, Astra:

Rus, Nemus, Arma, Rates,

Vulnera, Lana, Faber.

Prior versus Liberales Artes declarat, nempe Grammaticam, Rethoricam, Dialecticam, Arimethicam, Musicam, Geometriam, Astrologiam; Posterior Mechanicas significat, videlicet, Agriculturam, Venatoriam, Militarem, Nauticam, Chirurgiam, Textoriam, et Fabrilem.; Mechanicæ Artes serviles etiam dicuntur, eo quod magis corpore, quam animo exerceantur; Liberales è contra, quæ ita apelantur propter rationem opositam.

11 **H**. ad Quæstionis Inteligentiæ suppositis prima veterum sententia docuit, quæ

sequutus est Magister Gavardi et aliqui Moderni, Logam non esse scientiam simpliciter. Sententiam affirmativam defendunt communiter cæteri omnes cum D. Angelico, et Pho, et cum his sit

Prima Affirmativa Conclusio.

12 Logica est scientia stricte: Probatur: Habitus discursivus, demonstrativus est scientia stricte; sed Logica est habitus discursivus, demonstrativus: ergo est scientia stricte. Major est scientiæ definitio ab Arte tradita 1º. Posteriorum cap. 2º. et a N. Preceptore Angelico, 6º. Ethicorum, L. 3ª. per hæc: Manifestum est, quod scientia est habitus demonstrativus, id est, ex demonstratione causatus. Probo minorem: ex his principijs; Definitio est clarior definito, Dici de omni, Dici de nullo, infert Logica demonstrativa rectitudinem modi sciendi: ergo Logica est habitus discursivus demonstrativus: prædicta enim principia evidentia sunt.

Secunda Conclusio

secundum partem 13 Logica est scientia topicam et

Sophisticam: Probat. Logica demonstrat evidenter Sillogismum ex probavilibus, aut falsis constantem generare opinionem, aut errorem: ergo secundum has partes scientia est. Probo antecedens: Hic sillogismus est demonstratio: Argumentatio constans ex probavilibus generat opinionem: sed Sillogismus Topicus constat ex probavilibus: ergo generat opinionem: ergo Logica demonstrat evidenter etc. Confirmatur: Divina Cognitio ad humanam cognitionem probavilem, aut falsam terminata est scientia stricte: ergo etiam Logica terminata ad probavilia, et falasia. Consequentia Probatur: Ideo Divina Cognitio predicta est scientia, quia versatur circa suum objectum certo, et evidenter; sed etiam Logica versatur circa suum certo et evidenter, ut manet probatum: ergo. Notare diligenter debes, Logicam non denominari Topicam, et Sophisticam intrinsece, et ex modo tendendi, sed extrinsece, et terminative, a termino scilicet probavili, aut falasi.

Tertia Conclusio.

12 Logica est proprie Ars: Pt.

Logica est habitus vera cum ratione factivus: ergo est Ars. Probatur antecedens: Virtus intellectus practica est habitus vera cum ratione factivus: sed Logica ita se habet: ergo. Efficit namque Logica definitiones, divisiones, et Argumentationes ergo.

CAPUT IIIum.

Argumenta Contra Triplicem Conclusionem dissolvit.

15. Argues 1º: Logica est Ars: ergo non est scientia. Antecedens certum est, consequentia probatur: Ars, et scientia sunt membra dividentia hunc conceptum virtus Intellectus: ergo. Argumenti concedo antecedens, et nego consequentiam; quia juxta N. A. Magistrum 1a 2æ q. 57a A. 3o ad 3um. Ars liberalis, quæ ad operationem ordinatur, potest esse scientia: Ad probationem Dis-

tinguo ans: Ars, et scia sunt membra præscissive dividentia; concedo; privative dividentia; nego ans. Ars, et scientia licet identitatem realem, non excludant, non exigunt, quod sufficit, ut possint esse membra dividentia; Ars solum petit esse juditium certo verum, non tamen, ut certitudo nitatur potius demonstratione, quam Authoritate; dum autem hæc certitudo per demonstrationem habetur, tunc idem habitus est Ars, et scientia.

16. Argues 2º: Scientia habere debet determinatam materiam; sed Logica non habet: ḡ non est scientia. Major est Aristotelis; Probo min: quia juxta ipsum Dialectica de rebus omnibus disserit: ḡ. Argumenti concedo maj:, et nego min.; Cujus Probationem distinguo: Dialectica de rebus omnibus disserit tamquam de objto remoto; concedo: tamquam de objto proximo: nego probationem: Quia objtum proximum Logicæ sunt actus Intellectus, quod unitatem habet respectu Logicæ; sicut omnia corpora, et omnia entia suficientem unitatem habent respectu Phiciæ, et Methaphisicæ.

17 Sed Instas: Objectum Logicæ debet esse necessarium, actus Intellectus non sunt objectum necessarium: ergo. Confirmatur, et præcluditur solutio: Actus Intellectus possunt aliter, et aliter se habere: ergo objectum Logicæ est absolute contingens: ergo non est necessarium necessitate verificationis. Antecedens patet: Actus Intellectus sunt dirigibiles: ergo aliter, et aliter possunt se habere. Consequentia clara est: quia de actibus, qui aliter non se possunt habere, non potest dari directio, v.g. de motu cordis: ergo.

18 Ad Instantiam Distinguo Majorem: debet esse necessarium necessitate verificationis; concedo majorem: necessitate existentiæ; nego. Quia aliter solum Theologia scientia esset. Ad Confirmationem nego antecedens, cujus Probationem Distinguo; sunt dirigibiles per directionem immutabilem; concedo: per directionem mutabilem: nego antecedens: licet ergo dentur præcepta dirigentia, non ideo actus directi, sunt variabiles secundum directionem a Logica introductam. Quod vero de motu cordis non detur Directio, ex eo provenit, quod Imperio Voluntatis non subjaceat, secus vero actus Intellectus.

19 **I**nstas 2º: Ideo motus cordis est immutabilis quoad se, et quoad nos, quia non subjacet voluntatis arbitrio; sed definitio v.g. non subjacet voluntatis arbitrio: ergo est immutabilis quoad se, et quoad nos. Distinguo minorem: non subjacet voluntatis arbitrio, ut sit existens; nego: ut sit definitio, concedo: Nota hic Doctrinam nostram de immutabilitate, et necessitate objecti Logicæ non esse intelligendam de actibus Intellectus specificative, seu secundum se sumptis, sed reduplicative, seu ut à Logica directis, et in hoc sensu Logica non habet universale objectum immutabile, et invariabile. Et sicut hæc propositio Homo est Animal æternæ veritatis dicitur, quia impossibile est, dari hominem, qui animal rationale non sit, et si possit Nullus homo dari; ita similiter hæc, Sillogismus in Barbara concludit universaliter affirmative, et sic de alijs, est propositio æternæ veritatis, quia nequit esse Sillogismus in tali modo, qui non ita concludat, et si Nullus Sillogismus dari possit.

20 **A**rgues 3º: Philosophus 2º Methaph. cap 3º Textu 15º ait: Absurdum est simul

scientiam, et modum sciendi quærere, sed juxta Phum Logica est Modus sciendi: ergo Logica non est scientia. Aliter studentes Logicam, simul quærerent modum sciendi, et ipsam scientiam. Confirmatur 1° et Instatur Solutio: Logica omnes scientias debet præcedere: ergo scientia non est. Aliter se ipsam præcederet, quod absurdum est. 2° ideo debet præcedere, quia est Instrumentum ad alias scientias: ergo scientia non est, quia Instrumentum nequit esse id, ad quod est Instrumentum, sicut Malleus deservit, ut fiat clavus, et clavus non est, nec potest esse.

21 Argumenti distinguo maj: absurdum est simul quærere scientiam distinctam à Logica, et modum sciendi, concedo; scientiam indistinctam à Logica; nego maj:. Certe ridiculum est, hominem medicari, et simul Medicinæ studere, sic etiam Jurisprudentiam vacare, et simul Logicam, cui prius vacandum est, et quæ ante omnes scientias est addiscenda. Ut enim D. Thom. fatetur in locum Philosophi L. 2° Met.: Non est facile, quod homo simul duo capiat, sed dum ad duo attendit, neutrum capere potest. Ad Con-

firmationem concedo ans, et nego consequentiam; Cujus Probationem Distinguo: Instrumentum nequit esse id nume rice ad quod est Instrumentum, concedo: nequit saltem generice id &c: nego Probationem: Quia Maleus Instrumentum est ad aliud Malleum fabricandum, et ars una potest esse Instrumentum respectu alterius, ut Grammatica respectu Rhetoricę, similiter Logica Instrumentum est ad alias scientias, et simul convenit cum illis in ratione scientiarum.

22 Arques 8º. contra 2am. Conclusionem: Denominatio sequitur debiliorem partem: sed Logica habet Cognitiones probaviles: ergo Logica non debet denominari scientia. Confirmatur: Conclusio deducta ex pręmisis, quarum altera sit evidens, et altera probavilis est Conclusio probavilis, et non est scientia: ergo similiter. 2º.: Artes Mechanicę possunt habere demonstrationes aliquas; sed non ideo sunt scientię: ergo.

23. Ad Argumentum Respondeo ipsum probari, nullam; aut fere nullam fa-

cultatem scientiam esse: quia Theologia, v. g. plures habet Cognitiones probabiles; sed ob hanc rationem, juxta Arguentem Logica non est scientia: ergo ob eamdem rationem Theologia non erit. Directe Distinguo maj: denominatio sequitur debiliorem partem; in moralibus; omito: Denominatio in omnibus; nego majorem: quia homo constat materia, et forma, quin irrationalis denominetur à materia, quæ irrationalis est, sed rationalis ab Anima, et non est pars debilior. Ad Confirmationem concesso antecedenti nego consequentiam: Conclusio æque primario respicit utramque præmissam, et ideo si utraque non est evidens, nec erit Conclusio: At Logica non æque respicit, neque eodem modo cognitiones probabiles, et evidentes. Ad 2.am Confirmationem Distinguo Maj: Artes Mechanicæ ex abundantia Artifisis &c.; concedo: ex natura Artis Mechanicæ; nego maj: Licet Artifex Mechanicus nequeat sui operis rationem reddere, dummodo illud faciat, Artifex est; At Logicus, qui opus Logicale faceret, et rationem non daret, non esset Logicus, quia scientifice non procederet.

24 Argues 2º: Illa scientia, quę secundum aliquam partem non procedit scientificè, non est scientia secundum talem partem; sed Logica secundum partem Topicam et Sophisticam non procedit scientifice: ergo. Prob. min: quoad primam partem: Logica Topica docet discurrere in materia probavili: ergo. Quoad secundam: Logica Sophistica versatur circa falatias: ergo non versatur scientificè. Consequentia probatur: quia facultas, quę versatur circa falatias, non versatur circa verum; sed facultas, quę non versatur circa verum, non versatur scientificè: ergo.

25 Argumenti concedo Majorem, et nego minorem quoad utramque partem, cujus primę partis probationem Distinguo: Docet evidenter discurrere in mat. probavili; concedo: docet probaviliter; nego. Docere probaviliter convenit habitui opinativo, et evidenter docere habitui Logicę. Secundę partis probationem Distinguo: Facultas, quę versatur errando, nego: quę versatur scientifice; concedo; et ad hujus probationem Distinguo majorem: Facultas, quę errando versatur circa falatias, non versatur ex modo tendendi circa verum; concedo: facultas, quę scientifice versatur cir-

ca falatias, ut vitentur &c. nego majorem. Solutio ex ipsis tris Distinctioni constat.

26 Arguies Denique contra 3.am Conclusionem: facultas, quæ non dirigit, ad ipsus exterminm non est Ars; sed Logica non dirigit ad tale opus: ergo non est Ars. Major probatur: quia juxta Aristotelem, artes sunt principia transmutativas rei extra se; sed Logica non ita se habet: ergo. Argumenti nego majorem, et majorem probationis Distinguo, Artes, Mechanicæ sunt principia transmutativa rei extra se, concedo: Artes Liberales &c. nego maj: quia juxta Divum Thomam: Artes Liberales versantur circa opera rationis; Artes vero serviles circa corporis operationem; et ideo immutant suam materiam, ut patet in Fabro, et alijs; ob hanc causam artes, quæ circa Animæ operationes versantur liberales vocantur ab aliquibus, quia homo secundum animam est liber, et quæ circa materiam corpoream, apellantur serviles, quia corpus subditur Animæ.

Disputatio IIª.
De Logicæ Objecto.
Caput Iᵘᵐ.
De Objecto in Communi.

27 De objto Logicæ non parvi momenti inter Doctores est Controversia. Objti in Communi præmittimus notitiam, ut nostræ resolutiones evadant clariores. Ad cujus Intelligentiam supono tria esse, quæ per se habet objtum: Potentia scilicet, Habitus, et Actus: Circa quod Potentia versatur, habitus, aut actus, est ipsorum objtum: Sic est objtum potentiæ Intellectivæ, cognoscibile: Corpus naturale habitus Phisicæ, et quod vides, aut amas est objtum visionis, et Amoris. Hinc potest objtum definiri, aut describi: Id, circa quod Potentia, habitus, aut actus ocupantur. Objtum

dicitur, quia objicitur, nam objectum ab objiciendo dicitur, et dicitur materia, et subjectum potentiæ, et quia circa illud versatur, et quia per suos actus quasi subjicit objectum.

28 **D**ividitur 8º. objectum in materiale, et formale: 1um est id, propter quod aliud attingitur. 2um: quod propter se ipsum, et aliud propter ipsum attingitur, et explicatur. Exemplum sumito: corpus coloratum duo dicit, colorem, et subjectum, cui color inhæret. Utriusque complexum est visionis objectum, corpus est objectum materiale, et formale color: quia visio attingit immediate colorem, et corpus propter colorem, seu ratione coloris. Ut melius percipiatur Doctrinam notandum est 1º: prædictam divisionem objecti facultatis, ratione cujus determinatur facultas, ad determinatam speciem, à Phicisis fieri, ut natura specifica facultatis noscatur, sicut Phicisi similem faciunt ad compositi phisici dignoscendam naturam, cujus subjectum, et textum commune indiferens est ad quodlibet, et ratione ejusque phisice in specie determinata constituitur si respectu scientiarum idem objectum mate-

riale solet esse commune, et ratione objti formalis scientiæ specifice inter se diferiant. Quare objtum scientiæ, et dicit partem, quæ indiferens est ad hanc et illam scientiam, et rationem formalem, vi cujus pars indiferens est ad hanc, et illam scientiam, et rationem formalem, vi cujus pars indiferens determinatur ad scientiam determinatam, et scientiam in determinata specie constituitur,

22 Secundo Objtum materiale, et formale à facultate atingi; sed diferunt ex hoc, quod ad materiale suficit, quod consideretur, atingatur ve, ad formale vero hoc non suficit, sed vlterius requiritur, quod sit ratio illa, secundum quam, seu propter quam facultas objtum materiale atingit. 3°: Quod objtum materiale dividitur in proximum, et remotum: objtum materiale proximum est, quod immediate terminat actum potentiæ, v.g. albedo Parietis, quæ terminat immediate visum: Materiale remotum, est, quod terminat actum non in se, sed in aliquo realiter distincto, cui unitur; sic licet paries non terminet visionem phisice (nam sola ter-

-minat albedo) quia sub albedine continetur, denominatur etiam visus.

30 Objectum formale dividitur in objectum formale quod, et objectum formale quo. 1um (quod etiam dicitur ratio formalis quae) est, quod principaliter propter se attingitur a facultate, potentia, l. habitu; ut albedo respectu potentiae visivae: 2um; (quod etiam apellatur ratio formalis sub qua) non proprie atingitur a potentia, sed est praedicatum universale transendens omnia objecta formalia, quae illius potentiae, sub quo quidem atingitur quodlibet objectum formale quod; v.g. color proprie non atingitur a potentia visiva; quis enim oculus unquam vidit colorem ut sic? Est tamen praedicatum transcendens omnia objecta formalia, quae potentiae visivae albedinem, nigredinem, &c, sub quo illa atinguntur a potentia visiva, quia nullum illorum posset atingere si non haberet rationem coloris..

31 Infertur hinc, quodnam sit objectum atributionis, quod conflatur ex objecto materiali, et formali ultimo a facultate intento, et definitur; ad quod ordinat

facultas omnia quæcumque tractat. Voca-
tur objtum specificativum, objtum adequa-
tum, et objtum simpliciter. Sicut objtum
materiale vocatur genericum, et forma-
le, dicitur diferentiale. Objtum attributum
est omne id, quod per se ordinatur, et fa-
cultas primario ordinat ad attributionis
objtum. Dividitur Attributum in per
se tale, et per accidens tale. Per se tale
est illud, quod sua natura ad objtum a-
tributionis pertinet, v.g. Quantitas, motus
respectu Phicisæ, quia hæc omnia natura
sua pertinet ad naturale corpus. Per
accidens tale est, quod ex natura sua
ad objtum attributionis non pertinet, v.g.
error respectu Logicæ, et respectu Mora
lis Philosophiæ initium.

CAPUT II.um
Quodnam sit Objectum Materiale Logicæ.

32 Antequam nostram statuamus sententiam ab alijs questionibus parvi momenti breviter expediemus. Sit

Prima Conclusio:

Res secundum suum esse phisicum, seu primo intentionaliter accepte, non sunt, nec inadequatum objectum materiale Logice. Probatur: quod nullatenus participat objectum formale quo, seu rationem formalem sub qua Logice, non est hujus objectum materiale, nec inadequatum, sed tales sunt res secundum suum esse phisicum: ergo. Probatur minor: Ratio formalis sub qua Logice, est modus sciendi: sed res secundum suum esse phisicum non participant rationem modi sciendi; nulla ergo definitio v.g. potest fieri ex rebus ipsis, que definiuntur: ergo.

33 Probatur 2°. Ideo res secundum suum esse phisicum essent objectum materiale Logice, quia Logica se extendit ad omnes species rerum; cum de omnibus doceat dicere; sed hec ratio nulla est: ergo. Probatur minor: Magis se extendit Rectorica, quam Logica; juxta antiquum Prologuium, Logicus ad-

se, Rectoricus ad alios; sed tamen nullus dicit omnes res secundum esse phisicum esse objectum, nec inadequatum Rectoricę; ergo.

Argumenta

24 Argues 1º: Logica agit in Prędicamentis, de substantia, quantitate, et qualitate; sed hęc sunt phisicę: ergo. Respondeo negando majorem: Logica non ex professo agit de prędicamentis, quę ad solam Methaphisicam pertinent, Ad Logicam solum atinet rerum essentias cognoscere, et in prędicamenta, velut in clases, eas dividere, Nec Logica asumit ipsas essentias, et proprietates phisicas rerum, quas dignoscit, et disernit Methaphisica; sed actus Intellectus, quibus ipsę cognoscuntur, et disernuntur in eosque indusi suum formale artifisium. Sic Rectorica pleumque asumit ab Arte Militari in exerci

tatione eorum Tropoxum, et figuxarum descriptionem Beli: Asumit quidem non Toxmenta ipsa, non Milites, Non Arma, et Equos, de quibus agit ars militaxis: sed voces tantum, quibus ista desscribuntur, cum in eas inducat suum artifitium, quin exinde vtensilia bellica sint objectum Rectoricę.

35. Argues 2°: finis Logicę est Instructio Intellectus, vt de rebus disenat, atqui talis Instructio stare nequit absque notitia de rebus phisicis: ergo: Ad Argumentum consesis pręmisis, nego consequentiam. Non enim est objectum Logicę quidquid est necessarium ad obsequendum finem Logicę; et quamvis notitia rerum sit necessaria, ipsę tamen res solum impropie posunt dici necessarię ad Logicam; Logica suponit notitiam rerum aliunde habitam; sicut quamvis enses sint necesarij ad bellum, tamen ars militaris non docet fabricare enses, sed eos à Fabro factos, et aliunde habitos suponit.

36. Argues 3°: Veritas actuum Intellectus respicitur à Logica: sed hęc veritas inadequate consisti in entitate phisica rerum:

ꝙ hęc saltem est inadęquate objtũm materiale Logicę. Ratio minoris; Veritas Conceptuum consistit in conformitate actuum, cum re, quam cognoscit, quę conformitas partialiter consistit tam in re cognita, quam in actu cognoscente. Respondeo Instando argumentum: Pictoria respicit similitudinem Imaginis cum rebus, sed similitudo partialiter consistit in Imagine, et ipsis rebus; ꝙ Pictoria respicit pro objto partiali ipsas res, quod nemo dicet. Directe Respondeo 1º: Logica non respicit veritatem conceptuum, sed Artifitium illorum; Conceptus namque Rustici possunt esse verissimi, quin aliquod de artifitio Logicę habeat. Respondeo 2º: Quamvis concedamus, Logicam respicere veritatem conceptuum, non adhuc respicit ipsas res; potest namque respicere de illa conformitate partem unam, scilicet, quę pertinet ad actum, quin curet de altera, quę pertinet ad ipsam rem.

Secunda Conclusio.

37. Secundę Intentiones, seu Res secundo intentionaliter acceptę non sunt ade-

quate objectum materiale Logicę. Ut prae[terea] intelligatur Conclusio, noto secundas Intentiones, seu res secundo intentionaliter acceptas nil aliud esse, quam res ipsas objectivas aliqua forma intentionali, ex qua re, et forma intentionali resultat concretum quoddam ex materia, quę est ipsa res, et forma denominante, quę est ipse actus intentionalis, terminatus ad ipsam rem. Definis, v.g. intentionaliter hominem, actus intentionalis, quo definis, terminatur ad essentiam hominis, Ex actu definiente, et Essentia definita resultat hoc concretum, homo definitus, sicut in Phisicis ex albedine, et pariete resultat concretum paries albus; subjectum seu materia primi concreti est ipsa essentia hominis definita, forma concreti est ipse Intellectus definiens.

38 Adverimus ergo, non omnes partes hujus concreti esse objectum materiale Logicę, seu, quod idem est, concretum illud adequate sumptum, non esse objectum materiale Logicę nam licet illius forma (actus scilicet Intellectus definiens) sit objectum materiale; ejus

subjectum (neutrum nempe definita) nullatenus est. Probo conclusionem 1ª: Logica non respicit subjectum, seu materiam hujus concreti, homo definitus: ergo tale objectum concretum adequate sumptum, non est objectum materiale Logicæ. Probo antecedens: Logica solum respicit id, quod participare potest suam rationem formalem sub qua; nempe modum sciendi; sed talem rationem participare nequit subjectum illius concreti, ut patet ex probatione conclusionis antecedentis: ergo.

33. Probatur 2ª conclusio. Subjectum illius concreti non est à Logica dirigibile in se; sed tantum in sua forma determinata: ergo sola forma est objectum materiale Logicæ: ergo illud subjectum in se non est tale objectum. Sed Dicis: illud subjectum est in se dirigibile à Logica: Probas: esse dirigibile à Logica, est posse artifisiose cognosci ex directione Logicæ: sed illud subjectum in se potest artifisiose cognosci: ergo. Contra 1º: omnia entia, non solum existentia, sed etiam possibilia, immo et impossibilia possunt artifisiose cognosci: ergo Logica habet pro objecto materiali omnes res excogitabiles, quod nemo dicit. Contra 2º: Esse dirigibile à

Pictoria est posse artificiose depingi: ergo omne ens corporeum est objectum materiale Pictoriæ, contra sensum omnium. Non ergo quidquid est artificiose cognoscibile est dirigibile a Logica.

CAPUT IIIum.

Argumenta solvuntur contra hanc Secundam Conclusionem.

1o. Arguës: Cujus est forma alicujus concreti est etiam materia; sed forma hujus concreti homo definitus est Logica: ergo etiam illius materiam, nempe homo objectivus pertinet ad Logicam. Distinguo Majorem: Cujus est forma est etiam materia intrinseca, seu ex qua, concedo: Est etiam materia extrinseca, seu circa quam.* nego. Duplex est in facultatibus materia, immediata, intrinseca, seu

ex qua, in quam immediate cadit forma intenta à facultate: sit Voces respectu Rethorice, et Colores respectu Pictorie, que materia propter intrinsecam aligationem cum forma eque, ac hec pertinet ad respectivam facultatem; alia est materia remota, seu circa quam versatur facultas, et de hac solum indirecte facultas curat.

41 Argues 2°: Logica intendit Intellectum recte definire hominem: ergo similiter intendit hominem recte definiri ab Intellectu: ergo hec Intentio Logice terminatur etiam ad hominem definitum, sed non tamquam ad objectum formale: ergo tamquam ad materiale. Ad Argumentum conseso Enthimemate, Distinguo 2um consequens: ergo Intentio Logice remote terminatur ad hominem definitum, omitto: immediate, nego conseq. nam in hoc concreto homo definitus Logica intendit Intellectum recte definire hominem, in quo concreto, et est terminus immediatus intentionis Logice, nempe Definitio, et est terminus remotus, nempe homo, hi termini invariati manent, etsi Definitio in alia voce maneat activa, l. passiva.

12 Arguitur Denique: Sicut homo ordinatur ad Deum clare visum, ita Logica ad hominem recte definitum; sed homo non solum ordinatur ad actum, quo Deum videt, sed etiam ad Deum ipsum: ergo Logica non solum ordinatur ad hominem definitum, sed etiam ad ipsum hominem. Respondeo negando maj:, quę, si vera esset, probaret, Logicam magis ordinari ad hominem, quem definit, quam ad actum ipsum, quo definitur, quod omnibus est disonum, cum homo magis ordinetur ad Deum, quem videt, quam ad visionem, qua videtur. Disparitas est: Quod respectu hominis non solum in visione concreti, sed in ipso Deo viso est ęqua convenientia, et appetibilitas, ideoque ordinatur ad utrumque; sed in secundis Intentionibus respectu Logicę tota convenientia, et dirigibilitas est in illarum forma, nempe cognitione; nulla tamen in subjecto, quod est incapax directionis Logicę; et ideo ordinatur ad formam, non ad subjectum.

CAPUT IV.

An Voces sint objectum materiale Logicæ?

43 Ad Quæstionis resolutionem supponendum est 1º: Bifariam posse Logicam considerari. 1º: Quatenus suum proprium respiciat objectum, et ita solum continet regulas pro conceptibus Intellectus, quorum artifisium per se, et ex propria exigentia considerat, et hæc est Logica rationalis juxta N. D. A.: in 1º. Post. ꝉ.e 1a.: Dicitur rationalis, quia versatur circa actus rationis, sicut circa propriam materiam. Ita plures regulas continet circa voces, quæ regulæ sunt veluti per accidens respectu Logicæ, et à Logica, ut à causa indirecta oriuntur: et ratio est; quia Logica non indiget regulis artifitij vocalis, ut

finem suum perfectè obtineat, sicut Architectura non indiget, nec respicit per se, directè, et formaliter exemplar edifitij designationum in charta, nec Astronomia spheram ligneam, quamvis hec omnia sit ad artes comparentur suas, sicut voces ad Logicam, scilicet, tamquam signa objecti directi considerati, cujus instar exprimuntur.

44. Secundo: Logica potest considerari prout methodice ab Aristotele, et Dialecticis disposita, ut commodo Tironum ducatur, et sic communicabilis dicitur juxta eumdem Angelicum Preceptorem dicentem: Prout vero versatur circa sermonem exterioren vocatur communicabilis. Infertur hinc, ejusmodi voces, artifitiumque magis pertinere ad Grammaticam, ex qua ob finem predictum eas introduxit in Logicam Aristoteles, sicut plurima introduxit Mathematica exempla, et ratio à paritate constat: Logica non regulat ex instituto scripturam, sive artifitium Sillogismi scripti, ut plerique Adversariorum, aiuntur: quia regulato artifisio vocali, et suposita scribendi peritia, nemo jam potest errare in artifisio scripto, nisi volens: ergo similiter regulato artifisio mentali, et suposita peritia

Grammaticę, nemo jam potest in artifisio vocum errare; nisi volens.

45 Supono denique, voces humanas in presenti non accipi sono tenus: nam sic pertinent ad Animasticam juxta illud Divi Augustini de principijs Dialecticę Cap. 5.º: Verbum sonat, sed quod sonat nihil ad Dialecticam. Nec accipi secundum significationem preditam qualicumque artifitio. Si ipsa vocum textura, prout est oratio congrua nulla scribiligine peccans, ad Grammaticam spectat; ut Tropis, et figuris ornata ad Rectoricam; et ut metro astricta ad Poesim. Accipiuntur in presenti voces, quatenus dispositę secundum artifisium definitionis, divitionis, et Argumentationis juxta regulas, et precepta, quę habentur in Summulis.

46 Hac duplici Logicę divitione premissa, stabilitaque 1.ª in Questione sententia docuit, Voces esse unicum, adequatum, et totale objetum materiale Logicę. Hęc cujusdam Rucelini sententia fuit, quę penitus jam ab Scholis exulat, ut testatur ille Decantatus verus:

Quas, Rucline, doces, non vult Dialectica voces:

Jamque dolens de se non vult in vocibus esse.

Solum ergo in praesenti inquiritur: An voces sint objtum Logicae partiale, directe, et per se à Logica consideratum. Sit

Nostra Concluto,

§ 47. Voces non sunt objtum materiale, primarium, et per se Logicae rationalis, seu mentalis: Probatur: Id, ex quo non constat opus primario, et per se intentum à Logica rationali, seu mentali, non est objtum primarium talis Logicae: sed voces sunt id, ex quo non constat opus primario, et per se intentum à Logica rationali, seu mentali: ergo. Major est certa, Prtur minor: Modus sciendi est vocibus conflatus, non

est vere, et proprie modus sciendi: ergo. Probo antecedens multipliciter: 1º: Modus sciendi vere, et proprie talis est manifestativus per se; sed Modus sciendi ex vocibus conflatus non est manifestativus per se: ergo.

48 Minor Probatur: 1º ex nostro A. D. Thoma Q. 4. de Veritate A. 3. dicente: Manifestatio per se non invenitur, nisi in Intellectu; si enim aliquid, quod extra Intellectum est manifestare dicatur, hoc non est, nisi secundum quod ex ipso aliquid in Intellectu relinquitur, quod postea est principium manifestativum in eo. Hinc infertur: ergo modus sciendi vocalis non est manifestativus per se: ergo eatenus dicitur manifestare ignotum, quatenus ex vocibus aliquid relinquitur in Intellectu, Cognitio, scilicet, quæ est principium ignoti manifestativum.

49 Probatur 2º. ex D. Augustino, lib. de Magistro Cap. 11º: Verbis, ut plurimum tribuam; admonent tantum, ut quæramus res, non exhibent, ut res noverimus: ergo voces, quantumvis dispositæ secundum structuram modi sciendi, non exhibent, ut res noverimus, sed tantum admonent, ut quæramus:

atqui Modus sciendi proprie talis non tantum admonet, ut quæramus, sed etiam præcipue exhibet, ut res noverimus, quia vi propria, et per se Intellectui detegit ignotum: ergo.

50 Probatur 3º. ex Philosopho 1º. Posteriorum cap. 8º. ante Medium: Demonstratio non in oratione, quæ est extra, sed in oratione, quæ est in mente consistit, quandoquidem, neque ratiosinatio in illa consistere videtur. Ex quo sic efformatur ratio: Propria ratiosinatio in oratione externa, et vocali non consistit: sed Modus sciendi argumentativus est vera, et propria ratiosinatio: ergo non consistit in Argumentatione vocali: ergo neque reliqui modi sciendi proprie tales.

51 Nec prodest Adversariorum Recursus ad modum sciendi Instrumentale, qui est vere modus sciendi, ut pote instrumentum aptum ad sciendum, et sine quo Logica nequit communicari, et addisci. Nam sic Argumentor: Ideo voces essent objectum materiale, quia requirerentur ad Logicam docendam, vel addiscendam, ut pote communicabilem, et docibilem; sed hoc non probat: ergo.

Major est fundamentum Adversariorum: Probo min: Non minus requiruntur sensus ad edocendam, et addiscendam Logicam; quia nihil est in Intellectu, quod prius non fuerit in sensu: sed hoc etiam juxta Adversarios non probat sensus esse objectum materiale Logicæ: ergo.

52. Infertur ex dictis, Logicam dirigere voces solum ex consequenti, et quasi concomitanter; quia Logica dirigit conceptus, ex quibus voces oriuntur. Unde ex consequenti solum dirigit voces, et habent vim suadendi modum sciendi externum, et secundum hoc non pertinent ad Logicam ex propria ratione, et necessitate, sed ex necessitate Logici, ut facilius doceat, aut Logicam discat. Doctrina hæc propter eandem rationem scripturis est aplicanda.

APUT Vum.

Argumenta Soluuntur.

53, Argues 1°. Silogismus vocalis est artefactum Logicum ignoti manifestativum: ergo est vere, et proprie modus sciendi. Primum antecedens: Quia est conformis Regulis Logicæ, prætereа est Instrumentum aptum, ut per ipsum Intellectus deveniat in cognitionem ignoti: ergo. Confirmatur 1°.: Cognitio de Petro per aliam cognitionem cognitam est Instrumentum sciendi Petrum, et etiam de ipso: ergo definitio vocalis erit proprie modus sciendi. Confirmatur 2°.: Idem habitus facilitat ad definitionem vocalem, et mentalem: ergo utraque est vere modus sciendi: antecedens constat in habitu fidei, qui deservit ad actum fidei externum, et internum: ergo.

54 Argumenti nego antecedens: Silogismus vocalis, nec est artefactum Logicum proprie, nec ignoti manifestativum, non primum: quia ejusmodi directio, non intenditur per se, et primario à Logica rationali, sed solum ex consequenti, et quatenus est aplicata ad usum externe disputandi, quæ aplicatio non est ex instituto artis, sed ex voluntate artifisis, qui ex Regulis Conceptuum consequenter colligit qua forma disputandum sit vocibus. Sicut si Architeturam quis aplicet ad Domos Papiraseas. Non secundum: Quia Silogismus

vocalis, neque audienti, neque loquenti propria vi, et per se aliquid manifestat: nam vterque prenoscit, quod loquitur, et audit: qui audit cognitionem elicit circa objectum audito Sillogismo vocali, et sola cognitione redditur noscens, id, quod sibi ignotum erat: talis ergo notitia vocalis, Sillogismus, v.g. sine auxilio, et interventu conceptus vltimati non reddit objectum audienti notum: ergo in se, et per se Sillogismus vocalis non habet vim propriam modi sciendi: Solum voces erunt ergo ignoti manifestative, quatenus possunt manifestare formam, Cognitionem scilicet, quæ est proprie manifestativa ignoti.

55 Fit hinc ad probationem dicitur: talem modum sciendi esse mediate, et remote conformem regulis Logicis; non vero formaliter, et immediate, quatenus suposita logicali Instructione circa actus Intellectus; Peritus Logicus potest ad similitudinem actuum mentalium Sillogismum mentalem componentium vocalem, eformare, et vt talis ime argumentum apareat, deserviat Exemplum Globi lignei, in quo Astrologus contemplatur Spheram qui non est proprie Astrologiæ artefactum.

56 Ad Primam Confirmationem concede ant. et nega conseq.am Disparitas est: cognitio Petri terminata ad Petrum est signum instrumentale, quare instrumentum, et scientia est: Modus sciendi vocalis ita est instrumentum sciendi, ut per illud non sciamus formaliter. Ad 2.am Confirmationem, nego ant.: Nam qui facilis est ad definiendum mentaliter, potest esse dificilis ad inventionem vocum mentalem definitionem explicantium. Ad Probationem ex habitu fidei Respondent Suarez, Molina, et Valentia, negando ant.: Quia qui facilis est ad actum fidei internum, non ideo est facilis ad eamdem fidem externe confitendam.

57 Si placet, omiss. antecedent., o ne ca conseq.um Disparitas est: habitus infusus ad actus diversos, si habeant idem objectum formale, concurrit; acquisitus vero solum concurrit ad actus similes illis, a quibus est genitus. Actus definitionis mentalis, et vocalis, disimiles sunt, et potest quis esse facilis ad primos, dificilis ad secundos: et quia facilis ad definiendum mentaliter potest esse dificilis ad vitanda verba equivoca, impropria, et Metaphoras, que

solum reperiuntur in vocibus. Nota: Modum sciendi vocalem non esse Instrumentum sciendi, sed Instrumentum loquendi Logicæ.

58. Argues 2°: Libri Perihermenias qui vere sunt logici directe de vocibus agunt earumque proprietates demonstrant. 2°: D. A. in Ium Perih.as, l. 2a ait: "Significatio vocum, quæ est immediata ipsis conceptionibus Intellectus pertinet ad principalem considerationem Logicæ. 3°: Tractatus de quinque prædicabilibus apud veteres de quinque vocibus inscribitur. 4°: Ars statuaria directe respicit suum artificium in quacumque materia inveniatur sive in Marmore, sive in ligno &a: ergo et ars Logica suum respicit directe objectum sive in Conceptibus, sive in vocibus. 5°: juxta Divum August. Lib. 2°. de Ordinibus, Cap.e 13°: "Logica non solum docet scire, sed etiam docet docere, et docet discere: sed per artefacta vocalia docemus, et discimus: ergo. 6°: in Grammatica nullus tractatus est, nulla regula de artifisio definitionis, aut Silogismi, nec de genere, differentia, subjecto, prædicato, prout hæc in

vocibus à Summulistis considerantur: quo
hęc omnia Logica directe, et per se dirigit.

59. Ad Argumentum 1.m respondeo; libros Perihermenias, quatenus de vocibus tractant Logicos non esse; nisi indirecte, et reductive: Neque scriptos à Philosopho esse tamquam de proprio Logicæ objecto. Objectum proprium Logicæ, ut pote in mente latens videbat Aristoteles non facile percipi à Tironibus in re ipsa, nisi prius in signo exteriori spectaretur, ideo circa consilens commodo discentium libros Perihermenias, eorumque regulas scripsit terminatas expresse ad artificium vocale, tamquam ad signum, exemplarque externum Intellectualis. Sicut Astronomus Eclipsim Solis, ejusque incrementum, et decrementum rudioribus ostendit in aqua, ubi facilius quam in Sole ipso videntur.

60. Hinc in Memoria revoca Logicæ divisionem initio Quæstionis factam in rationalem, et communicabilem, seu docibilem: si Logica 2.o modo accipiatur libri Peri

nexmenias proprii ad ipsam pertinet; si Logica accipiatur 1º. modo, scilicet, quatenus suum proprium respicit objectum, sicut accipitur in Questione presenti. Nihil horum pertinet ad Logicam proprie, sed tantum indirecte, et hinc habes solutam secundam Probationem desumptam ex auctoritate Divi Thomæ. Ad 3.um Respondeo: quinque prædicabilia Logicam non esse, sed introductionem ad Logicam, quæ faciliorem reddit Logicæ acquisitionem, et ad hunc finem tractatum de quinque prædicabilibus elaboravit Porphirius. Dic aliter, ejusmodi tractatum de quinque vocibus internis inscribi, non vero de externis; quippe prædicabilia subjective sunt naturæ explicatæ per cognitiones confundentes eliza; cognitiones istæ, sunt prædicabilium formæ, et de his quæ sunt internus sermo, Logica tractat.

II

61 Ad 4.um concede ans, et nega conseq.am: Artificium statuariæ in quovis genere lapidum, aut materie salva-

tier, at Logicum axoipsium aplicatum ad voces non manifestat formaliter ignotum, prout à Logica rationali intenditur, quare deficet à Logici axiipsiy proprietate. Ad 5.^am Divi Augustini Responde: Logicam indirectè tantum docere discere; quatenus dum regulas ad Conceptus dirigit, facile inde colligunt Logici, qua verborum formâ in Disciplinis tradendis uti debent

62. Ad 6.^m Respondeo: Grammaticam dupliciter posse considerari: 1º. Grammaticam generalem, sicut in puro Grammatico reperitur, et dicitur Ubus abulsa, quæ solas tradit Regulas generales connexiæ loquutionis sine Solesismo, aut Barbarismo. 2º. potest considerari Grammatica prout in Logica, et tunc vocatur Ubus concreta, in quo sensu jam est Grammatica particularis, et aplicata Logicis objectis explicandis. hoc modo Regulas tradit particulares ad imitandum vocaliter Sillogismum mentalem &c. quæ vocibus explicantur in Logica. Et ratio potest esse: Nam-

Grammatica ut pote Ars recte loquendi habet regulas ad rectam locutionem, cuicumque acommodetur materie.

63 Sic Vedis equa, et quasi famula nominatur historie, cujus artifisium vocibus explicat ad Grammaticam pertinentibus. Sic in Theologo, Phisico, Mathematico vocabulis utitur inusitatis vulgo, et pure Grammatico peregrinis. Grammatica & prout his deserviens facultatibus aliter loquitur, quam in pure Grammatico. Ex his omnibus inferes, Grammaticam prout aplicatam Logice objetis explicandis regulas dare ad explicandum vocibus artifisium Logicale in conceptionibus, sicut in propria sede locatum, ad quod Logicus Grammatica utitur acommodando Logice definitionem vocalem, Silogismum &c. Sicut Theologus, Phisicus, et Mathematicus, quin ideo voces, quibus suos explicant conceptus, sint objetum primarium Theologie &c.

64 Hoc explicare poteris exemplo

Pictoriæ generalis, et partis. Generalis regulas prescribit generales ad pingendum, quin aliquid determinet circa Picturam exercitus; prout tamen particularis est ad Militiæ applicatam materiam regulas tradit illius artifisij particularis, quas quodam modo discit à militari arte; hæc quippe ars diam veram aciem instruere docet indirecte, et ex consequenti docet quomodo pingenda sit acies, si aliunde Pictoria generalis suponatur.

65 Argues 3º: Actiones externæ, atque etiam voces, quatenus constituunt locutionem honestam, et rationi conformem respiciuntur directe à Philosophia morali: ergo. Confirm. 1º: Medicina considerat directe pulsum, aliaque signa sanitatis, et ægritudinis: 2º Theologia considerat directe Sacramenta, quæ signa sunt Gratiæ, Sacrifisium Missæ, quo cruentum Sacrifisium Christi significatur. 3º: ipsa N. A. D. opusc. 7. q. 2ª, Ar. 2º. ad 3um: Partes subjti sunt omnia illa, quorum cognitio requiritur ad cognitionem subjti: atqui cognitio vocum prout significantium instrumenta sciendi requiritur ad cognitionem subjti logici, qui est Modus sciendi

intellectuali: ergo.

66. Argumenti conseso antecedenti, nego consequentiam. Est Disparitas: Ethica actiones humanas per se respicit, quatenus cum ratione moraliter conformes; hęc conformitas proprie reperitur in actibus externis; At Logica respicit suum objectum sub ratione formaliter manifestantis ignotum; et hęc Manifestatio, ut dictum est non inest vocibus.

67. Ad primam probationem dic ejusmodi signa esse objectum directe à Medicina consideratum, non præcise, quia signa sunt objecti formali, sed ex alia duplici causa: 1.a quia ejus signa necessario cognoscendam ex propria Medicinę indigentia, ut suum opus sanandi hominem sine errore perficiat. 2.a: quia consideratio ejusmodi signorum indiget novis regulis præter eas, quę sanitatem internam immediate respiciunt et non datur alia facultas instrumentaria, quę has novas regulas tribuat ex indirecto Medicinę. Quod autem evenit in Logica; nam semel acquisita, ut opus suum mentale sine errore dirigat vocibus non indiget; quamvis enim Logicus omnis Idiomatis obliviisceretur, adhuc posset sine errore

discurrere circa objecta quę cernit oculus. Nec artificium Dialecticum alijs rebus indiget preter immediate versantes circa mentalem, Grammatica supposita, l. si indiget sibi format et colligit Grammatica ex Magisterio Logicę indirecto.

68 Ad 2um. Theologia talia objecta considerat, quia ipsa proprie participant rationem objecti revelabilis, et ex fidei principijs cognoscibilis, sub qua ratione Theologia tendit; non vero considerat, quia precise sunt signa alterius objecti: At in vocibus non reperitur artificium ignoti manifestativum.
Ad 3am. N. D. responde, fuisse loquutum de illis, quorum cognitio requiritur necessitate scientię ipsius, sicut requiritur cognitio pulsus in Medicina: non vero loquitur Angelicus de illis, quorum cognitio requiritur ea solo discentium commodo, et hoc modo tantum requiri in Logica.

Caput VI.tum

An Actus Intellectus sint Objectum Materiale Proximum Logicæ?

69 Asero statim cum communi contra Nominales, et Gavardi; sed prius nota, Objectum materiale in presenti, materiale dicitur, non quia materia constet aut sit, sed quia subjectum, quod aliud recipit, causa materialis apellatur, et etiam si spiritualis sit. Unde actus Intellectus, licet spirituales objectum materiale sunt, Probatur 1.º ex N. D. A. in prefatione in librum 1.um Posteriorum dicente; Logicam esse rationalem, non solum quia est secundum rationem, sed etiam ex hoc, quia est circa ipsum actum rationis, sicut circa propriam materiam.

70 **P**robatur 2º. a ratione: Id est objectum materiale proximum Logicæ, quod est immediate dirigibile à Logica in formam modi sciendi, et ex quo resultat opus Logicale ultime intentum: sed actus Intellectus ita sunt: ergo. Major constat omnium artium paritate, videlicet Musicæ circa voces, statuariæ circa marmora, lignaque, et sic de alijs, quæ non ob aliam causam sunt materiale objectum talium artium, nisi quia Musica respicit voces, ut in eas introducat armoniam, et in lignum formam hominis statuaria. Minor ex nostro Aº. constat loco citato, ubi ait: Intellectus non solum dirigit operationes inferiores potentiarum, sed etiam suas, quia in se ipsum reflectit: ergo actus Intellectus ita sunt.

71 **C**onfirmatur: Sicut ad manuum directionem variæ inventæ sunt artes, ut ædificatoria, et Fabrilis, ita ad ipsas Intellectus operationes dirigendas, ut artificiose, et sine errore fiant inventa fuit ars quædam, ut ait N. A., quæ sit directiva ipsius actus rationis, et hæc ars est Logica: sed quod est dirigibile à Logica in formam modi sciendi est ipsius materiale objectum: ergo. Confirmatur denique:

Logica instituta est ad dirigendas operationes Intellectus: ergo actus Intellectus sunt objectum materiale Logicæ. Antecedens probatur ex N. A. P. in Præfatione ad Librum de Interpretatione dicente: Cum Logica dicitur rationalis, ejus consideratio versatur circa ea, quæ pertinent ad tres operationes prædictas.

72 Sed respondet Gavardi, actus Intellectus non esse objectum Logicæ; sed finem; et ait rationem finis, et rationem objecti esse diversam: ratio finis ad voluntatem pertinet, et ratio objecti ad Intellectum. Hoc Confirmat exemplo: Actus visionis non possunt esse objectum potentiæ visivæ, sed finis talis potentiæ, res vero terminans visionem est objectum talis potentiæ: ergo similiter discurrendum est de actibus Intellectus. Vel Dificultatem non capio, vel Magister Gavardi sibi constans non est, et in primis, vel, loquitur de fine proximo, vel de fine remoto? si de remoto; Contra est: Quia finis remotus facultatis practicæ est finis sui operis, ut respectu Domifactivæ habitatio commoda? et respectu Logicæ acquisitio scientiarum; quia opera logicalia sunt Instrumenta ad acquirendas scientias: ergo actus Intellec

tus ut sunt Instrumenta sciendi non sunt finis remotus Logicæ.

73. Si de fine proximo; Contra est: Ratio finis, est ratio objecti non minus pertinens ad Intellectum, quam ad Voluntatem, semperque invenimur in objecto utriusque potentiæ: sed ipsa Gavardi actus Intellectus sunt finis Logicæ: ergo et objectum. Major apud Phos certa est, promisque vocantes nomine finis, et nomine objecti, quod à voluntate, et Intellectu respicitur. Denique: Esse Terminum alicujus potentiæ est esse finem talis potentiæ: sed esse terminum est, esse objectum: ergo et esse finem est esse objectum; Sed ipsa Gavardi actus Intellectus sunt Logicæ finis: ergo et objectum. Confirmatio nullam vim habet, et sic potest retorqueri: Actus visionis non est objectum potentiæ visivæ, et est impossibile, quod sit ipsius objectum: ergo actus Intellectus non sunt objectum Logicæ, et est impossibile, quod sint ejus objectum. Respondent disparitatem esse, quod potentia visiva non potest supra suos actus reflectere, secus vero Intellectus, qui per Logicam operatur, idem sibi Gavardi dictum accipiat.

72 Dicunt alii: Objectum materiale Logicæ esse Intellectum: 1º quia per operationes rectas perficitur: 2º quia ideo intenduntur operationes rectæ, ut Intellectum perficiat: ergo finis operationis rectæ est Intellectus: ergo hic est objectum materiale Logicæ. Modus iste discurrendi paulum communis in multis peccat. 1º: confundit subjectum totius operationis rectæ cum ipsius rectitudinis subjecto à Logica intentæ. 2º: Objectum materiale facultatis practicæ, est id, quod ratione formæ introductæ componit objectum specificativum facultatis: sed actus Intellectus non vero Intellectus ipse, ita se habet respectu Logicæ: ergo. Minor certa est: quia Instrumenta sciendi sunt objectum specificativum Logicæ, Instrumentaque consistunt in actibus Intellectus. Hinc distingue primam rationem: perficitur per rectam operationem, tamquam subjectum totius operis: conceditur: tamquam subjectum solius rectitudinis: negatur. Objectum materiale Logicæ non est subjectum receptivum operis adæquate sumpti, sed subjectum receptivum formæ Logicæ, quia Logica non est instituta, ut Intellectus operetur, sed ut recte operetur.

75 Impugnatur Ratio secunda, quę si aliquid probat, probat etiam, quod objectum materiale Musicę est homo: et fabriferrarię, equorum ungulę: et Ratio est; quia ipsa ut Adversarios, Ideo Intellectus est objectum materiale Logicę, quia operatio recta intenditur, ut perficiatur Intellectus; sed etiam Musica intendit, ut homo sit sonore cantans, et fabriferraria, ut equorum ungulę sint ferratę: ergo.

CAPUT VIIum

Argumenta:

76 Argues 1°. Ideo voces sunt objectum Musicę, quia in illas introducit suam formam: sed Logica introducit in Intellectu suam formam: ergo. Confi. 1°: Deficiente Intellectu, deficeret Logica: ergo Intellectus est finis intrinsecus Logicę. Confi. iterum: finis intrinsecus Logicę est

operatio recta, sed esse operationem rectam, et esse perfectionem Intellectus est formaliter idem in operatione à logica intenta: ergo perfectio Intellectus est finis intrinsecus Logicæ.
Argumenti nego integrum Sillogismum: Major falsa est: quia voces non sunt objectum Musicæ, quia in illas inducit suam formam, sed quia illas respicit, ut in illas suam formam inducat; alioquin aer objectum esset materiale Musicæ, quia in aere suam formam introducit. Minor etiam falsa; quia Logica non respicit Intellectum, ut receptivum definitionis v.g. quia hoc spectat ad Animasticam, sed ut potentiam ex directione Logicæ elicitivam definitionis, v.g., sive hæc in Intellectu recipiatur, sive nullibi, quia de hoc Logica non curat:

77 Ad primam Confirmationem concesso antecedenti, nego consequentiam: Quia si deficerent pedes, quia homines deinceps nascerentur claudi, esset inutilis ars saltandi ad numerum, et ars sutoria, et similes, quin ex hoc inferatur quod pedes sint finis intrinsecus harum artium. Similiter si non esset Intellectus Logica artifisiali instruendus, hæc, vel, non esset inventa, vel, esset inutilis, quod

commune est rei cuicumque, quę non est pre-
sise propter se, sed propter aliud.

78. Ad 2^{am} Confirmationem potest in prin is respondere indirecte: finis intrinsecus Phisicę est Corpus naturale: sed esse corpus naturale, et esse ens est realiter idem: ę finis intrinsecus Phisicę est ens. Directe concesis praemisis, nego conseg^{am}. Quia ex duabus rationibus identificatis, potest una respicit a facultate aliqua, quin respiciatur altera, et sic accidit Logicę respectu formalitatum suorum operum, nam respicit unam, altera non respecta, quod dicere debent etiam Adversarii, ut retortionem salvent.

79. Argues 2°: Actus Intellectus sunt essentialiter recti, l, essentialiter irrecti, ut in his actibus pro definiendo homine patet, Animal rationale, Animal risivile, quorum primus essentialiter rectus est, et irrectus secundus; sed neque recti essentialiter sunt dirigibiles, neque irrecti: ę. Conft. et praecavetur solutio: Ut efectus sit Phisicè producibilis in causa, debet esse producibilis in se ipso à causa: ę ut actus

Intellectus sint dirigibiles in causa, scilicet in Intellectu, debent esse dirigibiles in se ipsis à Logica. Conf. 2°: Materia debet esse indiferens ad formam; sed actus Intellectus non sunt indiferentes ad formam Logicalem; eo ipso; quod sint esse essentialiter determinati ad propriam rectitudinem, l, irrectitudinem: ergo. 3°: Objectum materiale debet presuponi ad formale; sed actus Intellectus non possunt presuponi ad objectum formale Logicæ: ergo.

80. Ad Argumentum consesa majori, Distinguo minorem: sed neque actus recti, neque irrecti &c. sunt dirigibiles in se: concedo: in Intellectu, sive in sua causa, nego minorem. Directio Logicæ terminatur immediate ad Intellectum, quem instruit, et dirigit, ut actus rectos, præ irrectis eliciat, ad opus Logicale eformandum, et hoc est actus Intellectus esse dirigibiles in causa, hanc dirigibilitatem unicè adscribimus, ubicumque aserimus, actus Intellectus esse à Logica dirigibiles in formam modi sciendi, negamus vero dirigibilitatem in se, et immediatam, et asserimus, ex rectis inerroneos, aut ex erroneis in rectos

non posse mutari, quod ad dirigibilitatem immediatam requiritur. Mediata dirigibilitas sufficit, sicut similis sufficiens est, ut voces objtum materiale Musicę censeantur, et hanc dirigibilitatem mediatam intendebat D. Ths. cum dicit: Logicam esse directivam ipsius actus rationis.

81 Ad primam Confirmationem potest Respondere 1°: Retorsione vocum, quę sunt essentialiter armonicę in se, l, essentialiter inarmonicę: ergo non poterunt esse objtum materiale Mucicę. Directe conse... antecedenti, nego consequentiam. Disparitas fundatur in natura, et modo causandi directive, et causandi Phisice. Ad causandum Phicice efectum debet presuponi capasitas in efectu, ut à causa producatur. Hęc capasitas est passiva ~~dirigibil~~ producibilitas efectus, quippe implicat actu produci Phicisè, quod actu Phisice non est producibile, hanc passivam producibilitatem, nequit habere efectus in sua causa, in qua solum habet activam producibilitatem, debet ergo habere in se ipso hanc producibilitatem passivam: Dirigibilitatem vero pasivam, quam actus Intellectus

habere debent, non possunt in se habere, quipe recti essentialiter, sed solum in sua causa.

82 Ad 2am. Distinguo majorem: Materia debet esse indiferens saltem Methaphisicè ad formam, concedo: debet esse indiferens etiam Phisicè: nego majorem. Actus Intellectus indiferentes sunt Methaphisicè ad formam Modi sciendi, quia ejusmodi actus, qua presicè tales, neque sunt formaliter recti, neque formaliter irecti: sed Logicè indiferentes ad rectitudinem, l. irectitudinem. Hæc indiferentia Methaphisica, aut Logica, suficit, ut sint objectum materiale Logicæ. Phisica Indiferentia datur, quando materia distinguitur à forma, ut sunt lapides respectu Architecturæ, et res pecturæ Pictoriæ, colores. At hæc Phisica Indiferentia non est de conceptu materiæ, ut patet in corpore, respectu naturalitatis, à qua solum formaliter distinguitur, et in artefacto Animal rationale, cujus materia, scilicet actus Intellectus, formaliter prescindit à forma definitionis.

83 Ad 3am. Distinguo majorem: Obj-

tum materiale facultatis mechanicæ: Ds: concedo: objtum materiale facultatis Logicæ Ds: nego: Tunc objtum materiale præsuponitur Phisice, quando præsuponitur realiter existens ante formam, v.g. Lignum, ex quo fit archa à Fabro ante formam arcæ. Logica præsupositio infertur ex hoc, quod una ratio infertur ex alia, et non è contra: v.g. Est homo: ergo est vivens. lly vivens Logice præsuponitur ad hominem, de cujus conceptu est vivens, homo tamen non est de conceptu viventis. Similem præsupositionem habet actus Intellectus respectu objti formalis, et non requiritur alia major: nam bene infertur Est actus Intellectus directus: ergo est actus Intellectus, et è contra non valet.

81 Argues 3º. Dirigibilitas, quam Logica invenit in Intellectu, non sufficit, ut Intellectus dicatur objtum materiale Logicæ: ergo nec sufficit dirigibilitas, quam invenit in actibus Intellectus, ut sint objtum materiale Logicæ. Conft. 1º.: Actus Intellectus pertinet ad Animasticam: ergo non ad Logicam. 2º.: de ratione objti est cognosci, et non cognoscere: sed actus Intellectus, cognoscunt. ergo. Ad Argumentum concedo ans, et nego conseq.

Et Dispanitas: Dirigibilitas, quam Logica invenit in Intellectu propria est potentiæ, non objti, cumq. ex potentia, et objto formali non possit opus Logicum resultare, cum nullam formam inducat in Intellectu Logica; hic oritur non posse rationem objti materialis sortiri. Econtra Dirigibilitas actus Intellectus propria est objti materialis, quia est pars per formam Logicæ determinabilis, ita ut ex actu Intellectus et ex forma hac consurgat opus à Logica intentum.

85 Ad primam Confirmationem concesso antecedenti, nego conseq.^am Idem objtum à diversis facultatibus respicitur sub diversa tamen ratione formali, sic voces à Rethorica, Grammatica, et Musica respiciuntur; corpus à Phisica, Medicinaque, ab hac sub ratione sanabilitatis, sub ratione naturalitatis ab illa. Similiter actus Intellectus per se respiciuntur ab Animastica, ut vitales sunt, et ut dirigibiles à Logica.

86 Ad 3.^am Respondeo: ipsam probare, Actus Intellectus non posse esse objtum definibile, nec attingibile ab Animastica: quia actus Intellectus non solum cognoscitur, sed

etiam cognosci. Minor Philosophice loquendo falsa est: Non enim visio videt, nec actus amoris amat, sed solum sunt rationes formales, quibus potentia visiva videt, voluntas amat, Intellectus inteligit.

Disputatio III.

De Objecto Formali Logicæ

Caput Ium.

Quodnam sit Objectum Formale Logicæ.

Ad [illegible] Difficultatis [illegible] solutionem, quæ est inter Authores satis celebris. Suponendum est 1º: In omni actu juxta regulas Logicæ directo dirigibilitatem reperiri, et directionem; ita est intrinseca capacitas, quam ratione sui habent actus Intellectus, ut à Logica dirigantur.

Dhuic Dirigibilitati corespondet alia diri-
gibilitas ex parte Logicæ formaliter consis-
tens in ipsis regulis directivis. Ideo Diri-
gibilitas, quæ se tenet ex parte Logicæ acti-
va est, et quæ ex parte actuum Intellectus
est passiva, Conjunctum ex utrisque est
absoluta Dirigibilitas actuum Intellectus.

88 Secundo: Directionem, aliam esse
passivam actualem, et activam actualem
aliam: Hæc consistit in ipsis Regulis Logi-
cæ actualiter dirigentibus. Illa est ratio
formalis, ut cujus actus est actualiter direc-
tus, et Regulis Logicæ conformis. Hinc
passiva directio, quæ etiam formalis rec-
titudo vocatur, et passiva dirigibilitas
sunt conceptus tantum formaliter distinc-
ti, et consequenter reperiri per identi-
tatem realem in quolibet artefacto
Logico.

89 His positis: prima sententia
defendit objectum formale Logicæ esse passi-
vam dirigibilitatem. Ita Peinado citans
pro se Oviedo, Quiros, et Compton. Con-
tra hanc sententiam militant omnes
communiter cum quibus sit

Nostra Conclusio.

D. f. Dirigibilitas passiva non est objectum formale Logicæ. Pt.: Objectum formale habitus practici est forma, quam Logica inducit in objectum materiale proximum: sed Dirigibilitas passiva actuum non est forma, quam Logica inducit in objectum materiale proximum: ergo. Major certa videtur: Ptur minor: Dirigibilitas passiva actuum est intrinseca capacitas, vi cujus actus Intellectus est proxime potens recipere formam Logicam: ergo. Confirmatur: Ideo Dirigibilitas passiva colorum non est objectum formale Pictoriæ, quia non inducitur in colores à Pictoria, sed illos constituit capaces figuræ intentæ à Pictoria: sed eodem modo se habet dirigibilitas passiva actuum Intellectus: ergo.

D. f. Respondet Peinado negando Majorem Argumenti, omitendoque Confirmationis Majorem. Ratio primi apud ipsum est, quia objectum formale, est ratio propter quam actus Intellectus, qui sunt objectum materiale Logicæ, respiciuntur à

Logica: sed passiva dirigibilitas est ratio hęc: ergo. Ratio secundi: Quia Materia Picturę potest existere sine forma, secus vero actus Intellectus ratione sui habentes essentialiter rectitudinem, aut irrectitudinem. Contra 1.um est; quod data solutio confundit objectum formale quo, cum objecto formali quod: 1.um est passiva Dirigibilitas, et Secundum actualis Directio passiva, quę est forma à Logica introducenda.

92 Hinc contra est: Objectum formale quod, est illa ratio formalis, quę signate, non vero quę exercite attingitur à Logica; sed sola Directio passiva actualis, non vero passiva dirigibilitas attingitur signate à Logica: ergo. Probo minorem: Quia sola actualis Directio est, quod inducitur a Logica in suam materiam: sed quod inducitur a Logica in suam materiam est, quod signate attingitur à Logica: ergo. Confirmatur: Objectum formale facultatis practicę est id, ad cujus efectionem dirigit per precepta: sed Logica non dirigit per precepta ad efectionem dirigibilitatis passivę; ut est evidens: ergo. et patet nullam esse disparitatem datam ad Confirmati-

onem: Sive enim distinguatur forma à materia, sive non, objectum formale quod facultatis practicæ est id, quod fit ex directione facultatis, aliter facultas nil eficeret, sive phisicè, sive directivè, et consequenter practica non esset.

93 Argumentum. Distinguo majorem: objectum formale est ratio signate atacta propter quam actus Intellectus fit; concedo: Est ratio exercite atacta fit, nego: Distinguo minorem: sed Dirigibilitas est ratio hæc exercite atacta: concedo: signate atacta: nego minorem: solutio constat ex dictis dum explicuimus objectum formale. Et ratio solutionis est: quia ratio solum exercite atacta à facultate practica non causatur, sed quæ signate atingitur. Et hinc notare debes, quod ad objectum formale habitus practici non suficit esse id, propter quod aliud atingitur, sed ulterius requiritur, quod sit inductum in materia à facultate practica. Sic corporis sanabilitas est objectum formale quo corpus à Medicina respicitur, non tamen sanabilitas, sed sanitas causanda est objectum formale ipsius, et ratio ex nume-

Caput II.

Objectum Formale Logicę assignatur.

24 Objectum formale Logicę esse directionem passivam ex capite prącedenti infertur, sed ex ejus explicatione variatur sententiarum varietas. 1a defendit, directionem passivam in conformitate actus cum regulis consistere. Hinc directio passiva duo dicit, aliud intrinsecum, scilicet actum, aliud extrinsecum, regulas videlicet. Directio, qua parte dicit actum, est quid ipsi intrinsecum, et qua parte dicit regulas, quid extrinsecum. Tota ergo conformitas, quę juxta hanc sententiam dicit in recto actum, et regulas est objectum

formale Logicę. Nonnulli addunt actum debere esse conformem cum objecto.

95 Secunda sententia docet, objectum formale Logicę esse passivam directionem secundum quod hęc dicit adequate intrinsecam actui. Unde juxta hanc sententiam hęc definitio animal rationale, dicit in recto actum tali determinato modo representantem objectum, et in obliquo regulas logicas, quibus conformatur. Hinc objectum formale Logicę est directio passiva adequate intrinseca actibus Logicę. Hęc directio ab alijs rectitudo vocatur, ab alijs structura, et ab alijs artificiosa dispositio, quęcumque sit identificata cum definitione, v.g. adequate distinguitur à regulis, et objecto. Cum his sit

Nostra Secunda Conclusio.

96 Objectum formale Logicę est Directio passiva adequate intrinseca actui. Prob. Objectum formale Logicę est forma, quam inducit Logica formaliter directive in suam materiam, sed directio passiva intrinseca à nobis explicata ita se habet respectu

Logicę: ergo. Probo minorem: Directio passiva definitionis formaliter consistit, in eo, quod explicet definitum per Genus, et Differentiam, v. g: sed quod actus definitivus ita explicet definitum, est essentiale, et adequate intrinsecum ipsi: ergo.

97 Confirmatur paritate veteri, sed vallida, ut ait Lossada; Actus voluntatis secundum moralem rectitudinem sibi propriam sunt formale objectum Ethicę, l, Philosophię Moralis: ergo et actus Intellectus secundum artifisium sibi proprium sunt objectum formale Philosophię Rationalis, sive Logicę. Consequentia probatur ex eo, quod similiter utraque procedat, et ex nostro D. Thoma in Proemio Ethicorum, ubi docet, quod ita

„ consideratur à Logica ordo, quem ratio con-
„ siderando facit in proprio actu, sicut ab
„ Ethica ordo, quem ratio considerando facit
„ in operationibus voluntatis. Antecedens, quod ali-

qui Autores negant expresse ex N. A.

„ constat dicente; Ordinem operationum
„ voluntatis, ita Philosophię Morali res-
„ pondere, sicut Arti Mechanicę respon-
„ det ordo factus in archa, l, Domo; et na-
„ turali Philosophię ordo inventus in rebus

naturalibus.

98 Confirmatur 2º., et Impugnatur simul sententia contraria: Quod Logica non indusit formaliter in suam materiam non est objectum formale ipsius; sed Logica non indusit formaliter in suam materiam conformitatem actus, neque cum regulis, neque cum objecto; quia Logica supra se non reflectit, et si inducere formaliter conformitatem supra se reflecteret: ergo. Confirmatur 3º.: Logica non habet hunc actum reflexum: Actus Logici debent elici conformiter ad regulas: ergo Logica non intendit formaliter conformitatem prædictam: ergo prædicta conformitas non est &c: Probo antecedens: Si Logica haberet prædictum actum, Actus Logici, ut essent recti deberent esse illi conformes, et consequenter Logica intenderet formaliter prædictum actum, et similiter indigeret alio secundo actu reflexo præcipiente actus logicales esse illi conformes, et sic in infinitum reflectionum iremus: ergo Logica non habet prædictum actum.

99 Si dicas, Logicam attingere se ipsam exercite, non vero signate. Contra est: ergo conformitas non est objectum formale Logicæ. Patet

objectum formale facultatis practice attingitur ab illa signate; sed juxta solutionem Logica non attingit se ipsam signate: ergo. Major praeter saepius dicta Ptus ulterius: Ideo objectum formale hujus cognitionis Animal non est cognoscibilitas sui objecti, sed solum principium sentiendi, quia cognoscibilitas sui objecti non attingitur ab illa signate, sed exercite: Non enim repraesentat suum objectum cognoscibile esse: ergo similiter.

100. Infertur ex dictis 1º: Directionem passivam esse adequate intrinsecam discursui adequate sumpto. Ratio est: Quia licet forma Discursus non sit adequate intrinseca singulis propositionibus Discursum componentibus, est tamen adequate intrinseca toti Discursui, quod est opus elicitum ex directione Logicae. Infertur 2º: Quod Sillogismus potest esse recte dispositus, licet sit difformis objecto, et licet nullum objectum habeat: Ratio est: Quia in Sillogismo datur forma Logica per hoc praecise, quod recte concludat: sed stat quod recte concludat, quin sit conformis objecto, ut patet in hoc recte efformato: Omnis homo est lapis: sed Petrus est homo: ergo Petrus est lapis,

qui habet quidquid requiritur ad Sillogismum recte efformandum in Praxi. Secus accidit in Definitione, quæ, quia explicativa essentiæ est, debet conformari suo objecto.

CAPUT IIIum.

Argumenta dissolvuntur.

101 Argues 1º: Objectum formale Logicæ est id ratione cujus actus definitivus v.g. est recta definitio: sed id ratione cujus actus definitivus est recta definitio est conformitas cum regulis, et objecto: ergo. Probatur minor: Hæc Definitio: *Animal irrationale* non est hominis definitio, quia non conformatur cum objecto, neque hæc *Animal Visibile*, quia non conformatur cum regulis: ergo. Confirmatur: ex hac propositione causali, Ideo homo est Animal, quia est prinsipium sentiendi, infertur, quod

principium sentiendi est de essentia hominis: ergo etiam ex hac causali: Ideo Animal rationale est recta definitio, quia conformatur cum regulis, et objecto, infertur, quod talis conformitas est de essentia definitionis: ergo conformitas cum regulis, et objecto, est illa forma, quae definitionem constituit in esse rectae definitionis.

502 Subsumo: Sed quod constituit definitionem in ratione rectae definitionis est objectum formale Logicae: ergo Conformitas &c. Confirmatur 2.º Propositio vera constituitur per objectum: ergo et definitio recta. Probatur consequentia: Ideo propositio vera constituitur per objectum, quia nequit esse vera quin sit conformis objecto: sed Definitio recta nequit esse recta, quin sit conformis regulis, et objecto: ergo. 3.º: Logica docet definire hominem per Animal rationale, quia ex homine, et actu resultat conformitas: ergo Logica intendit definitionem, et rem explicatam: ergo Definitio, est explicatio, et res explicata. Patet antecedens: Si non resultaret conformitas, non doceret Logica hominem ita definire. Hoc est sententiae contrariae totum robur, et fulcrum.

103 Argumenti Distinguo Majorem: Objectum formale &c. est recta definitio, secundum quod dicit in recto: concedo Maj: secundum quod dicit in recto, et in obliquo: nego. Distinguo Minorem, sed id ratione cujus est recta Definitio, secundum quod recta definitio dicit in recto, et in obliquo est conformitas: concedo: secundum quod dicit presise in recto est conformitas: nego minorem; cujus Probationem Distinguo: Quia non conformatur cum objecto, ly quia denotante defectum intrinsecum definitionis: nego: ly quia denotante defectum extrinsecum termini essentialiter exacti: concedo propositionem.

104 Definitio dicit in recto esse actum explicativum totius, et solius essentiæ rei, q. connotat essentialiter connotat tamquam terminum extrinsecum regulas, et objectum; Non tamen est Definitio, neque constituitur in esse talis, quia reipsa conformatur cum regulis, et objecto, sed quia sit taliter explicativus, et representativus sui objecti. Sicut Petri cognitio connotat essentialiter Petrum, non tamen constituitur in esse cognitionis per ipsum Petrum. Et si Petrus in esse objecti deficiat, etiam connexive defici

et cognitio; non tamen deficiet formaliter, quia Petrus non est constitutivum talis cognitionis. Similiter in definitione accidit.

105 Ad 1am. Confirmationem Respondeo: Quod suposito antecedenti eodem potest inferri: quia hec propositio est vera, Quia ignis est aplicatus combuxit, infertur, quod aplicatio constituit essentiam virtutis combustivæ. Conseq.am Adversarius negabit: Nam ly quia solum denotat aplicationem naturaliter requisitam, ut ignis operetur: Similiter et ego Respondeo. Directe concesso antecedenti, in quo denotatur ratio formalis, propter quam homo est Animal claritatis ergo Distinguo consequens: quod etiam ex hac propositione &c. quia conformatur cum regulis, et obiecto, ly quia denotante terminum extrinsece, essentialiter ad definitione respectum: concedo: ly quia denotante rationem formalem constitutivam definitionis: nego consequentiam.

106 Et hinc Notare debes, quod quilibet entitas cum alia connexa potest dupliciter deficere, formaliter, et connexive. Formaliter deficit, si ob defectum intrinse-

cum deficiat. Deficit connexive, quando deficit Terminus, cum quo connectitur; semper tamen vere deficit, l, vere ponitur, quando terminus connexionis ponitur si connexio sit mutua, et sic accidit in definitione, quia nequit esse recta, quin sit conformis, neque conformis, quin sit recta; sicut causa nequit esse productiva effectus, quin effectus sit producibilis, et econtra; Ubi tamen non constituitur per causam, neque vice versa. Similiter in re nostra.

107 Ad secundam Confirmationem Distinguo ans: Propositio vera in esse vere constituitur per objtum: concedo: in esse Intentionaliter expresive objti: nego ans: quia in hoc sensu solum dicit constitutive prędicata intrinseca connexionis. Et hinc nego consequentiam, cujus Probationem Distinguo: Ideo Propositio vera secundum totum, quod dicit veritas constituitur &c: concedo: Ideo propositio vera secundum expressivum, quod dicit constituitur per objtum &c.: nego Majorem: Et Distinguo minorem: sed Definitio recta nequit esse recta, quin sit conformis conformitate exacta secundum extrinsecum conformitatis

via connexionis: concedo: Conformitate exacta secundum intrinsecum via constitutionis: nego minorem.

108 Veritas actuum dicit, et objtum. Similiter Definitio conformis regulis dicit actum, objtum, et Regulas. At sicut propositio, ut presise expresiva objti non constituitur per objtum, licet illud respiciat essentialiter, sic definitio non constituit per Regulas, et objtum. Et nota, quod licet veritas propositionis stet essentialiter formaliter in Conformitate actus cum objto, ac objtum formale Logicę non stat in conformitate definitionis v.g. cum regulis, et objto. Et Ratio est; quia veritas est conjunctum ex actu, et objto; At definitio recta non est conjunctum ex actu, et objto; quia juxta omnes definitio est explicatio essentię rei, non vero explicatio, et res explicata: unde per rem explicatam constituenda non est.

109 Ad 3.am Confirmationem distinguo ans: Quia ex homine, et actu resultat conformitas secundum totum, quod dicit conformitas: nego: secundum indin-

secum actui, quod dicit conformitas: concomitanter et antecedens, et consequentias omnes. Quia etiam Pictor depingit, quia datur objectum ad vivum representat[um], et non pingeret, si ejus Pictura non esset objecti expressiva. Et tamen hinc non infertur quod objectum formale Pictoriæ sit objectum Picturæ. Si ergo homo non esset Animal rationale Logica non doceret hominem ita definire, nec animal rationale esset hominis definitio; Hoc tamen solum probat quod essentia hominis est fundamentum definitionis, non vero, quod est ejus constitutivum. Sicut Intellectus producit cognitionem Petri, terminus autem productus formaliter est sola cognitio; non vero Petrus; licet non produceret talem cognitionem, si Petrus non daretur. Sic Logica facit rectam hominis definitionem et hoc intendit, quin regulas, et objectum intendat. Non Regulas, quia supra se non reflectit, ut supra diximus. Non objectum: quia cognitio objecti non spectat ad Logicam.

110 Argues 2º. Objectum formale Logicæ est id, ratione cujus hic actus Animal rationale [illegible] a Logico differt at hoc a Rustico facto Animal rationale: sed so-

ia directio passiva non est Diferentia, quia utraque actus habet modum tendendi definitivum: ergo est etiam conformitas saltem cum regulis, cum aliud non restet. Distinguo Majorem: Est id ratione cujus diferat extrinsece: nego Majorem: Ratione cujus diferat intrinsece: nego suppositum: Intrinsece enim non diferunt, et utraque actus est definitio acurata, quia hæc ideo talis est, quia taliter artifisiose disposita, taliter exprimit objectum definitum. diferunt ergo extrinsece: Quia primus est elicitus ex directione actuali Logicæ, secus vero secundus. Logicæ autem objectum formale non est activa directio, sed passiva, et hæc consistit in hoc, quod actus in se evadat, seu sit sicuti Logica prescribit, sive à Logico, sive à non Logico proveniat. Et Ratio est: Quia Logica non respicit definitionem v.g., ut à se factam, sed ut à se factivilem. quod etiam convenit definitioni à Rustico factæ.

III Argues 3º.: Objectum formale Logicæ est, quod Logica indusit in suam materiam: sed non indusit rectitudinem, seu passivam directionem: ergo. Minor probatur: quia passiva directio cum ipso actu identi

ficatur, sed non introducit actum in ipsum actum: ergo. Conf. 8.º: Idem est actum definitivum esse actum Intellectus, ac esse rectum, seu passive directum: sed Logica non inducit ipsum actum: ergo neque directionem. 2.º actio phisica, quæ non producit unam formalitatem objti, non producit aliam cum illa identificatam: ergo actio, vel, quasi actio Methaphisica non inducens unam formalitatem non inducit aliam cum illa identificatam.

112 Argumenti concesa majori Distinguo Minorem: Non induuit Phisice seu efficienter rectitudinem, &c.: concedo: Non inducit formaliter et Methaphisicè: nego minorem: Distinguo Probationis majorem: identificatur realiter cum ipso actu: concedo: identificatur formaliter: nego maj: hæc fortis distinctio suficit, quia hæc logicalis inductio non est Phisica, et Materialis, qualis est inductio artium, quæ circa materiam versantur, eamque immutant; sed solum est Methaphisica consistens in hoc, quod Intellectus in directione Logicæ eligat hunc actum, potius, quam alium.

113 Prima confirmatio Instantiam patitur evidenter: quia etiam idem est, Animal esse Animal, ac esse ens, sed Methaphisica non considerat Animal: ergo non considerat ens. Directe Distinguo Majorem: Idem est realiter actum definitivum &c. concedo: idem est formaliter &c.! nego majorem, et consesa minori, nego consequentiam: Quia hec formalis distinctio sufficit, ut definitio materialiter, seu subjective sumpta atingatur à Logica propter artifisiosam dispositionem, que ipsius ē formale objectum. Ad 2am: concedo ans, et nego consequentiam: Disparitas est: Quia actio phisica productiva non est presisiva; secus vera cognitio directiva, que prescisiva est, et consequenter potest unum atingere alio non atacto.

114 Argues denique: forma artifisialis, convenit contingenter materie: sed directio passiva non convenit contingenter actibus Intellectus: Inter se enim juxta nos identificantur Materia, et forma: ergo. Argumentum retorquetur, et Majori suposita subsumo: Sed armonia, ut pote identificiata cum vocibus non convenit contingenter vocibus: ergo hec non est objectum formale Musice.

Dirigere Distinguo Majorem: forma artifisiali Phisica convenit contingenter phisicè Materiæ: concedo: ut patet in figura hominis respectu ligni, in quo formatur. Forma artifisialis Methaphisica subdistinguo: convenit contingenter logice: concedo: contingenter phisicè: nego. Sicut enim Animal contingenter logicè se habet ad hominem, sic actus Intellectus, contingenter logicè se habent ad formam logicam, et sunt propriori prioritate rationis ad directionem passivam, sicut Animal respectu hominum, et v[illegible] armoniæ.

CAPUT IV.um

Ab Objecto Formali Logicæ Respectivum Ens Rationis Dictum.

P[illegible]

... suffragium Patroni prędilecti sui entis rationis, quod rejicere hic statui. Ut hoc nemus brevi, et claro pervadamus calle aptate falces mentis, aciem acuite. Ad clariorem Intelligentiam Quęstionis varias phrases in hac materia usurpari solitas prenoto: Relatio rationis, Forma Rationis, quę concipitur resultare in rebus cognitis, Secundę Intentiones objectivę, Modi sciendi objectivi, quę apud Contrarios idem sonat, scilicet, Ens rationis fictum.

116 Modus autem explicandi, concipiendique hoc ens rationis est hic: Dum cognosco, v.g. confuse communem naturam specificam resultat, seu meam cognitionem sequitur aliqua rationis forma, quę neque est cognitio, neque res cognita; Est ergo ens rationis habens esse tantum objective in Intellectu; non sicuti cęcitas, quę ad modum formę positivę concipitur, neque sicut Hircocervus, qui non habet fundamentum in re; Est enim ens rationis pure fictum, et cęcitas est ens rationis negativum; sed sicuti forma aliqua Intellectualis, quę re vera est non ens, ad modum tamen entis concipitur. Talia entia rationis sunt denominationes subjecti, prędicati, definiti &c. Hic est genuinus sensus Authorum hujus

entis.

117 S[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pono: [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. naturas [illegible]. [illegible] est: Quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Intellectus; [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] accidens Intellectui. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] est obiectum, [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] est: Quod in Intellectu [illegible], [illegible], ab illo producitur [illegible] in hoc [illegible] habitus, et [illegible] Intellectus [illegible] [illegible] dicuntur. [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] v.g. homo equus [illegible] [illegible] [illegible] in re: v.g. [illegible] homini [illegible], [illegible] est [illegible], homo est [illegible]. [illegible] [illegible], et [illegible] communiter, Quod habet esse [illegible] obiective [illegible] Intellectu. [illegible] [illegible] sit:

Concluto

118 O[illegible] [illegible] formalis [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] fundamentaliter. [illegible] [illegible] [illegible] S. D. Angelici [illegible] 2a. et [illegible] [illegible] [illegible]. Quod [illegible] [illegible] [illegible] obiecto [illegible], [illegible] [illegible] considerando [illegible] [illegible] [illegible]

aut, in ordine et conceptus [illegible];
et Philosophiæ Moralis respondet ordo, quem
ratio considerando facit in operibus volunta-
tis: Et sicut Artibus Mechanicis respon-
det ordo, quem ratio considerando facit in
exterioribus rerum; Et sicut Philosophiæ natu-
rali respondet, ordo, quem ratio non facit,
sed solum considerat:" Addit: secundum nos
diversos ordines sunt diversæ scientiæ." Infero:
ergo juxta Doctorem Præceptorem, Non ordo,
quem ratio facit, aut fingit (ut loquuntur
Adversarii) in rebus, sed quem facit in ipsius
actibus est objectum Logicæ.

110 Infero 2°: ordo ille, quem ra-
tio facit in suis actibus non est quid fic-
tum, sed reale. Patet sequela: ordo enim,
quem Intellectus media Logica facit in
suis actibus juxta N. Doctorem, est ejus-
dem naturæ, ac ordo, quem ratio ipsa
media Ethica, aut artibus mechanicis fa-
cit in actibus voluntatis, aut in actioni-
bus exterioribus; sed ordo, quem ratio
facit media Ethica in actibus volunta-
tis, v.g. in actibus Misericordiæ, aut
media arte Mechanica in actu exteri-
ori, in Mensa v.g. non est quid fictum

Co

sed reale: Prius enim sermo dicat actus Animi seu cordis, aut structuram Mentis consistere formaliter in entibus rationis fictis: 2° et ordo, quem ratio mea Logica facit in suis actibus, pro eiusdem Ang. nos est quid fictum.

120. Nec dicas, talem ordinem esse quidem quid reale in alijs artefactis, in actibus vero Intellectus esse quid fictum. Unde S. D. loquens de ordine actuum Intellectus non dixit absolute, quem ratio facit, sed quem considerando facit, satis innuens talem ordinem solum fieri per considerationem aut fictionem. Nec, inquam, tale dicas, nam manifeste impugnaveris in verbis ejusdem Ang.; nam ut vidimus est in praedicta authoritate, non solum de ordine actuum Intellectus, sed etiam de ordine actuum voluntatis, et operum exteriorum ait Sanctus D., eum fieri considerando: et si fieri aliquid considerando est fieri fingendo, fictus etiam erit ordo actuum exteriorum, et voluntatis; Nec respondeas tandem Sanctum D. loqui de ordine materiali, aut fundamentali, quod nos ad obiectum forte Logicae, de quo solum hic

disputati : Nam D.ª ex : Sancti D. loquitur de ordine secundum cujus diversitatem diversæ scientiæ sunt : sed juxta omnes scientiæ diversificantur ex diversitate objecti formalis : ergo loquitur de ordine actuum Intellectus, qui objectum formale eorum sunt.

124 **P**robatur 2.º Nº. 1. Artificium demonstrationis non est formaliter ens rationis fictum : ergo nec artificium aliorum modorum sciendi. Probatur antecedens : Artificium demonstrationis causat vere, et realiter scientiam in Intellectu, juxta Aristotelem, et ejus Asectas : sed scientia nequit causari vere, et realiter ab ente rationis : 1.º quia implicat, quid fictum causare quid certum, sicuti implicat quid obscurum causare quid lucidum. 2.º : Quia implicat, phisicam, et realem scientiam causari realiter, et phisice a habente non esse phisice, et realiter, immo nec existere valente, quale apud Contrarios est ens rationis : ergo.

125 **R**espondent Adversarii huic validissimæ rationi : solum proditia intentionalia causare phisice in Intellectu scientiam ; ens vero rationis esse conditionem seu dispositionem ut actus Intellectus causent in

intellectu phisicè [illegible] quod sufficit, ut s-
at quomodo nexum sit, quod dixi fisin informa-
le Logicum, quod est ipsum ens rationis cau-
set scientiam. Sicut ordo Militum phisicè
non causat Victoriam, est tamen Conditio
ut causetur à Militibus, adeo necessaria,
ut ipse ordo, quamvis phisicè non causet Vic-
toriam, semper dicatur eam peperisse. Sed
Contra est, et Rogo: Ordo Militum est
quid reale, aut fictum? Si fictum, redit
eadem difficultas quomodo res ficta posset
esse conditio necessaria ad causandum quid
phisicum, et reale? Si ordo ille est quid rea-
le [illegible] est illius Paritas [illegible]
[illegible] in ordine ad causandum effectum reale?

CAPUT V.[um]

Argumenta Solvuntur.

123 Argues 8°. N. D. A. L°. Meth.
„ Dᵉ. 1ª. ait: Ens rationis proprie dicitur
„ de illis Intentionibus, quas ratio adinvenit
„ in rebus consideratis, sicut Intentio generis
„ et speciei, et similium, quæ non habentur in
„ rerum natura, sed considerationem rationis
„ consequuntur. Alibi etiam hæc habet ex-
presse, „ Ens rationis est proprie subjectum
„ Logicæ: quod ens rationis est objectum formale
Logicæ. Sic discurrunt Contrarij, contra
quos est S. D., ubi nam in Angelici verbis (Adversarios supp) ens rationis fictum
invenitur? loquitur quod S. Thomas de ente
rationis Logico, quod est ens proprie verum
, et reale. Ad cujus Intelligentiam.

124 Scire debes Ens rationis Lo-
gicum, et cum fundamento in
re illud esse, quod citra fictio-
nem omnem existere objective
in Intellectu sub aliqua denominatione logica
sibi ab actu rationis proveniente cum fun-
damento in re. Exemplum sumitur. Natu-
ra animalis cognita per hanc cognitio-
nem Animas, per quam exercite genus
fit dicitur ens rationis logicum: Nam per
ejusmodi cognitionem existit in Intellectu

objective, ut eaque exercite formaliter accipit denominationem generis; ita ... am vera ... ... praebet fundamentum ipsa Animalis natura.

125. Hinc Ens rationis logicum et concretum dicens constitutive de materiali, seu tamquam subjectum ens reale, naturam Animalis videlicet, de formali, seu tamquam formam cognitionem abstractivam illi tribuentem cum fundamento in re aliquam logicam denominationem, generis nimirum, quam independenter à tali cognitione Animal non potest habere. Idem de quolibet natura abstracta cognita dicendum est; ac per consequens quamlibet secundam intentionem objectivam generis, praedicati, subjecti &a. esse ens rationis Logicum cum fundamento in re; omnino independenter à qualibet Intellectus fictione.

126. Hinc Contrariis concede quidquid in praedicta ... docet N. A. Docet 1º. Ens rationis proprie dicitur de illis Intentionibus, quas Intellectus adinvenit in rebus considerandis: ò Ens rationis proprie dicitur

de secundis Intentionibus objtivis, seu ente rationis subjtivo; et Logico, ut a nobis astruitur. Patet Conseq.a quia Ratio, sive mens supra secundas Intentiones objtivas reflectens (quæ quidem sunt res consideratæ, seu prius cognitæ prima Intentione formali) adinvenit in illis Intentionibus Generis, speciei Differentiæ &c. cognoscit enim naturam Animalis, vi cujus prioris cognitionis, Animal, esse abstractum, et a Rationali, et Irrationali præscisum; proindeque permaneret quodammodo unum, aptumque prædicari de homine, et quovis Bruto, atque adeo efformat hos conceptus, Animal abstractum, Unum prædicabile, Genus, quas Intentiones Ratio reflectens, adinvenit exercite fieri per abstractivam cognitionem, sive primam Intentionem formalem.

§127 Docet D. Th. 2.o: ejusmodi Intentiones non inveniri in rerum natura, sed considerationem rationis consequi: et utrumque de nostris Intentionibus secundis objectivis verificatur; quippe ejusmodi Intentiones dicuntur de formali, seu tanquam formam cognitionem abstractivam; Ideo non inveniuntur in rerum

naturae ... t, a parte rei, sed per considerationem, qua constituuntur in esse talium, et quam pro inde consequuntur, consequentia, scilicet, totius id partem, sicut calidum consequitur calorem, et quodlibet totum suam partem, per quam constituitur.

128 Docet denique, hoc ens rationis esse proprie subjectum Logicæ, quod de secundis Intentionibus verificatur; siquidem subjectum proprium subjectum Logicæ, tum remotum, tum proximum. Proximum ratione formæ, quam dicunt, cognitionem scilicet, remotum ratione subjecti, quod dicunt. Denominationes definiti &c. sunt secundæ Intentiones objectivæ, quarum forma, definitio et divisio est subjectum proximum Logicæ, et objectum definitum, et divisum. homo v.g. est subjectum circa quod, et remotum.

129 Hinc in forma Argumenti respondeo, concesso antecedenti, Distinguo consequens: Ens rationis subjectivum et Logicum est objectum formale Logicæ ... 2do: Ens rationis objectivum, et fictum ... nego consequentiam. Solutio constat ex dictis, et Angelicus ulterius ait, Quod sequitur de

entis rationis, quod est Intentio generis, id est, forma constitutiva generis; sed eiusmodi forma, iuxta eumdem S. D., est cognitio, quae est Ens rationis subjectivum: ergo Ens rationis subjectivum non vero objectivum est de quo loquitur D. Thomas. Ex(e)getur: Iuxta D. Th. Opusc.° 48: Intellectus absque falsitate aliqua abstrahit Genus ab speciebus in quantum inteligit naturam, non inteligendo diferentias: Modo sic: Intellectus facit Genus, in quantum inteligit naturam, non inteligendo diferentias; sed cognitio qua inteligit naturam, et non inteligit diferentias est cognitio praecisiva non vero forma ficta resultans: ergo.

120 Urgetur secundo: Etiam si resultet relatio ficta, non potest esse constitutiva generis, quia nequit esse constitutivum generis, quod supponit jam Genus; ut ex N. A. M.° clarum est: ergo. Tota roborari ex Doctrina clarissimo N. Divi testimonio in 1.um D. 19. q. 5. a. 1.° ad 1.um: Animal esse, et constituit Genus, ex hoc, quod Intellectus inteligit Animal: ergo forma qua Animal Genus constituitur, est cognitio non vero quid objectivum, et fictum resultans. Et Opus.° 56: cognitio facit Universale esse in actu universale, et est quidquid formale in Universali; sed si cognitio est quid-

quid formale in Universali, forma Universalis est cognitio, non vero ens fictum: ergo. Ex his constat S. Doctorem in objectis testimoniis loqui de ente rationis proprie Logico, et non de objectivo ficto.

131. Instant Contrarii: formæ consideratæ à Logica sunt in rebus: sed cognitio non est in rebus: ergo non loquitur S. Doctor de cognitione, sed de forma resultante ficta. Confirmant 1º: formæ de quibus A. N. non inveniuntur in rerum natura: sed cognitio invenitur in rerum natura: ergo. 2º. Formæ istæ juxta S. D. consid[e]rationem rationis consequuntur: sed actus Intellectus non consequuntur ad ipsos actus Intellectus: ergo. Hoc est præcipuum Contrariorum robur. Distinguo Instantiæ Majorem: formæ consideratæ à Logica sunt extrinsecè in rebus: concedo: sunt intrinsecè inhærentes rebus: nego majorem, et in hoc sensu conservo minorem, nego illam in primo: Hæc cognitio Animal est forma constituens Animalis naturam in esse Generis, quia Genus est unum de Universalibus, universale autem formaliter non datur à parte rei. Quando vero Intellectus per cognitionem reflexam naturam Animalis attingit, et adinvenit Intellectus in rebus formam cognitionem

videlicet, quę illas denominat, l, Genus, l, Species &c. sed cognitio extrinseca est, non vero intrinseca rebus, cognoscitur tamen in rebus, quę sunt talium denominationum subjectum.

132 Ad primam Confirmationem Distinguo Majorem: Non inveniuntur in rerum natura independenter ab Intellectu: concedo: dependenter ab Intellectu: nego majorem. Ad 2.am Distinguo Majorem: Considerationem rationis consequuntur quoad denominationem: concedo: quoad existentiam: nego Majorem: Distinguo Minorem: sed actus Intellectus non consequuntur ad ipsos &c. quoad existentiam: concedo: quoad denominationem: nego minorem: Quia posita albedine v.g. sequitur denominatio albi, et similiter posita cognitione resultat denominatio Generis v.g.: et sicut quoad existentiam non est prius albedo, quam denominatio, ita non est prius quoad existentiam cognitio denominans Genus.

133 A[illegible] 2o.: Dic actus, Petrus est homo, repraesentat objectum aliter, ac est in se: ergo fit ens rationis objectivum. Prob. ans: Quia Petrus repraesentatur tamquam subjectum, et

homo tamquam prædicatum: sed homo à parte rei non est prædicatum, neque Petrus est subiectum: ergo. Confirmatur 1º: Talis actus distinguit Petrum ab homine: sed Petrus et homo non sunt distincti: ergo. 2º: Denominatio extrinseca prædicati, v.g. consistit in aliquo accidenti: sed hoc accidens non inhæret potentiæ, aliter ipsa denominaretur prædicatum: ergo reperitur per inhæsionem in obiecto: sed non potest esse accidens reale: ergo fictum. 3º: Forma denominans prædicatum, potest considerari, ut intrinseca obiecto: sed ita considerata est ens rationis fictum: ergo. 4º: Non repugnat cognitioni Divinæ cognoscere res aliter, ac sunt in se, alietate se tenente ex parte cognitionis: sed cognoscere rem per Genus, et Differentiam v.g. est modus cognoscendi rem aliter, ac est in se alietate se tenente ex parte Deo repugnans: ergo aliquid involvit, ui cuius Deo repugnet: sed hoc est fictio, cum non detur aliud: ergo.

13. Argumentum nego ans, et Distinguo Probationis Majorem: Petrus repræsentatur, tamquam subiectum in intellectu cons-

do: signate; nego majorem. Actus ille non exprimit, quod Petrus sit subjectum, et homo prædicatum, quod requirebatur, ut Petrus, et homo essent signate subjectum, et prædicatum; sed est forma, vi cujus Petrus est subjectum, et homo prædicatum. Ratio est: Quia esse exercite subjectum, et prædicatum est unum enunciari de alio; sed actus ille enunciat hominem de Petro: ergo hoc fit per actum illum, et ad hoc præbet fundamentum identitas inter Petrum et hominem, unde licet repræsentet Petrum, ut subjectum, et hominem ut prædicatum, exercite, non repræsentat objectum aliter, ac est in se.

135. Confirmationi primæ Distinguo majorem: Distinguit præcisive Petrum ab homine: concedo: Distinguit negative: nego majorem. Cognitio est forma præcisive distinguens juxta infra dicenda, non vero resultantia aliqua. Similiter Discurrere debes de relatione rationis inter extremitates, et medium, et inter majorem, et minorem syllogismi, tales enim relationes sunt formaliter ipsæ cognitiones referentes exercite innum... aliter; Quia relationes rationis sunt fundamentaliter in rebus, et formaliter solum sunt post Intellectus operationem. Secundæ Confir-

mationis concessa majori, Distinguo Mino-
rem: Non inhæret potentiæ secundum ma-
teriale, quod dicit: concedo: secundum for-
male, quod dicit: nego minorem. Denomi-
natio prædicati &c. dicit de formali cogni-
tionem, et hæc in Intellectu recipitur. De
materiali dicit rem objectivam, quæ deno-
minatur prædicatum, et hæc non recipi-
tur in potentia, neque forma recipitur
intrinsece in illa; aliter non esset deno-
minatio extrinseca, ad quam non requi-
ritur, quod forma sit recepta in objecto de-
nominato, ut in denominationibus ama-
ti, et visi, clarum est.

136 Tertia confirmatio 1º. Retorquetur:
ea potest considerari intrinseca, et sine
[illegible] in re, quin enim hoc Intellec-
tu vetat? Sed sic considerata est ens ra-
tionis logicum: [illegible]. Igitur concessis præmissis
nego consequentiam: [illegible] quæ inferetur
esse ens rationis logicum, et Methaphisi-
cum, sine fundamento in re, quod est con-
tra Adversarios. Ad 2am. concessis præmi-
ssis, nego consequentiam, Minoremque sum-
psumptam: Ideo Deus nequit per Ge-
nus, et Differentiam cognoscere, ut dicet

aliis cognoscendi modis, quia, vel, præsisivi sunt, vel, præsisionem supponunt; Hæc omnia licet non fingant, sunt tamen modi cognoscendi imperfecti, ideoque Deo repugnant. Quod non sint fingentes constans est: quia aliter essent cognitiones falsæ, quod est contra Philosophorum paræmiam: præscindentium non est mendacium".

137 Sed occurrit Palanco dicens, quod licet illi actus sint fingentes, non sunt falsi: Quia hic actus, Petrus est homo, solum exercite, non vero signate repræsentat ex parte subjecti, et prædicati illud ens rationis, quod est forma subjecti, et prædicati. Sed infero contra Palanco; ergo prædicatus actus non repræsentat signate formam subjecti etc., quæ est ens rationis: ergo ejusmodi actus potest intelligi, quin intelligatur formaliter ens rationis fictum. Patet consequentia: Quia in primis potest intelligi, quin intelligatur signate, ut Palanco concedit: præterea: potest intelligi, quin repræsentetur exercite, tale ens rationis. Ratio minoris secundæ partis: Quia talis actus est exercitè verus, realisque: sed actus verus, et realis nequit per aliquid fictum constitui juxta dicta in probatione conclusionis: ergo.

138. Sed Instat Palanco: Actio prędicans unum de alio, est practica: sed actio practica ponit formam in objecto: ergo actio prędicans producit formam in objecto: sed hęc forma est ficta: Quia distinguitur ab actu, et objecto, quod denominatur prędicatum &c. ergo. Confirmat Illustrissimus: Actio producens albedinem, aut lucem, non est formaliter, sed tantum causative, et vialiter forma dealbans, et illuminans: ergo actio prędicandi non est formaliter, sed vialiter forma subjecti, et prędicati. ergo.

139. Hunc Illustrissimi discurrendi modum non capio: Quia actio prędicans est actus enunciativus elicitus ex directione Logicę: sed actus elicitus ex directione Logicę, apud nos est praxis, et, juxta Illustrissimum, speculatio, quia est actus intellectus, qui per ipsum semper est speculatio: ergo. Hinc omitto majorem: et Distinguo minorem: Ponit exercite formam in objecto: concedo: Quia ipse actus enunciativus, et definitivus est forma denominans extrinsece objectum definitum &c. Ponit signate: nego minorem: Quia actus logicalis, neque est Phisice faciens, neque fingens. Confirmationi omitto

antecedens, et nego consequentiam. Disparitas est: Actio dealbans realiter distinguitur ab albedine, quam phisicè producit; Actio vero prædicandi, l, est formaliter, l, actum enunciativum constituit, qui est formaliter forma exercite denominans subjectum, et prædicatum.

140. Argues denique ex aliquibus Scotistis: Objectum formale Logicæ est medium ens inter reale, et rationis, quod, ut formam intrinsecam objectis considerat Logica per secundas Intentiones formales: ergo. Argumenti nego antecedens, quod est vitiosa Doctrina horum Scotistarum, quia Logica per nullam regulam inducit Intellectum in errorem: Est enim Logica Intellectus virtus; sed si Logica Intellectum induceret ad considerandam formam prædicati subjecti, ut intrinsecam objectis in errorem induceret; falsum enim est, quod objecta habeant formam intrinsecam ex consideratione Logicæ: ergo. Et certe prorsus incredibile est, quod quia ego Deum definio, l, Matritum cogito; mea cognitio et meus definitivus conceptus afingat Deo, et Matrito ens medium, quod, ut forma intrinseca denominet Deum à me definitum, et Matritum cognitum:

Confirmat. Solutio: 2.ª Intentio formalis reflectens supra definitionem, v.g. supponit definitionem constitutam: ergo et supponit formam definitionis: ergo, ens medium resultans, et attactum per secundam Intentionem formalem, non est definitionis forma.

144. Hic advertere debes, apud Patronos entis rationis ficti, primam Intentionem objectivam esse objectum directe, et signare cognitum per hanc cognitionem praedicatum, Genus, Species, &c, et secundam Intentionem objectivam esse apud illos formam illam resultantem, quam cognitio directe fingit, apprehenditque intrinsece ex parte objecti, quae quia objectum est, quod Logica considerat, et non realiter existens, sed objective tantum vocatur secunda Intentio objectiva, et ens rationis fictum. Sed apud nos, quia haec in Intelligibilia sunt, prima Intentio objectiva est objectum directe cognitum, et cognitio directa dicitur prima Intentio formalis. Cognitio vero reflexa atingens conjunctionem ex objecto, et cognitione directa, secunda Intentio formalis dicitur, quia primam cognitionem supponit extrinsece denominantem objectum definitum &c.

162 Et quia denominatio definiti dicit objtum, et cognitionem, utriusq. complexum vocatur secunda Intentio objtiva. Exemplum sit in denominatione speciei. Cognitio homo ad naturam humanam terminata est 1a. Intentio formalis, et natura humana 1a. Intentio objtiva; quia est prædictæ cognitionis objtum; Cognitio vero hæc, spesies humana dicitur 2a. Intentio formalis; cognitio autem, et natura humana dicitur 2a. Intentio objtiva, quia est objtum cognitionis reflexæ, scilicet spesies humana. In his nil fictum invenitur, neque impossibile involvitur

CAPUT VI.

Assignatur Objectum Attributionis Logicæ.

163 . Variæ in hoc puncto sentiunt Authores numerantur equidem supra viginti sententias, non vacat ire per omnes opiniones, eas omnes

infringit —

M

Nostra Conclusio.

Objectum attributionis Logicæ est definitio, divisio, et Argumentatio. Ita Complutenses, Suarez, Toledo, et Colegium S. Thomæ, Palanco, et Froilan, loquentes de modo sciendi objectivo, et ficto.

144. Probatur ratione: Objectum attributionis Logicæ est finis per se intentus ab illa, et ad quem ordinat quæcumque tractat: sed definitio, divisio, et Argumentatio est finis à Logica intentus, et ad quem ordinat quæcumque tractat: ergo. Probatur minor: Logica, ut pote scientia organica inventa est, ut tradat instrumenta sciendi, quibus aliæ scientiæ procedant scientifice circa suum objectum: sed scientiæ procedunt scientifice circa suum objectum: illum definiendo, dividendo, et ejus proprietates demonstrando: ergo. Minor probatur: Nam in quolibet objecto tria sunt scitu digna, quid sit, quot species, quas proprietates habeat: sed ad primum per se immediate necessaria est definitio, ad secundum divisio, et Argumentatio ad tertium: ergo.

125 Major certa est, et Minor patet: Nam essentia rei per definitionem cognoscitur, ejusque partes per divisionem cognoscuntur, et ejus proprietates per demonstrationem attenduntur: ergo. Secunda pars primi sillogismi probatur: Nam Logica dat regulas ad convertendas propositiones, docet artificium, ut fiant equivalentes, et docet prædicabilia Genus, et Diferentiam &c: quę omnia docentur à Logica, quia per se requiruntur ad conficienda Instrumenta sciendi: ergo. atqui hęc omnia nequeunt esse finis, et scopus Logicę: ergo ordinantur ad definitionem, divisionem, et Argumentationem.

126 Minor sumpsumpta patet: Nam hęc omnia non sunt digna labore artis, nisi quatenus deservire possunt ad modum sciendi conficiendum. Quid opus erat naturam propositionis, et proprietates, conversionemque, earumdem accurate examinare, nisi, ut ex una in aliam arguere sine deceptionis periculo sciamus? Quidquid ergo in Summulis traditur de oppositione, conversione, Equipolentia Propositionum, eo tendit, ut cujuscumque propositionis perspecto sensu bonę consequentię dignoscantur à malis: ergo hęc omnia tractat Logica in ordine ad confi-

enda Instrum.ta sciendi, scilicet definitionem, divisionem, et Argumentationem; q. hæc sunt finis, et scopus Logicæ: q. et objectum attributionis. Nec magni habeas responsionem Arriaga, et Hurtado, Logicam omnia ad demonstrationem ordinare; quippe demonstratio est opus perfectius, in quo Intellectus quiescit, et quasi gradatim per inferiores operationes ad perfectissimam demonstrationem ascendit.

167. Non. Contra est 1.º Demonstratio non est definitione perfectior: q. Ans est Arlis 3.º Methap. Text. 3.º et 7.º ubi ait: Definitionem esse perfectiorem demonstratione: q. 2.º Quia Artes Instrumentariæ pro objecto non habent Instrumentum perfectissimum. Patet ans: In Arte conficiendi Pharmaca, quæ Medicinæ ministrat, non respicit pro attributionis objecto Pharmacum saluberrimum: q. quamvis Demonstratio esset perfectior operatio Intellectus, non ideo Logica Instrumentaria ars cætera ad demonstrationem ordinat. Eodem modo ratione de Architectura, quæ non respicit pro objecto attributionis Palatium potius, quam inferiorem Domum, Templum aut aliud Edificii Genus: q.

Caput VIIum.

Argumenta.

148 Arguis 1°: Definitio explicat essentiam rei, Divisio partes, et Argumentatio proprietates: Sed hoc ad Methaphisicam pertinet: ergo non ad Logicam: ergo. Minor patet: Quia ad Methaphisicam spectat inquirere essentiam, partes, et proprietates entis: ergo. Confirmatur. 1°: Præcipuus conceptus rei est ejus essentiam: ergo præcipuus finis Logicæ est definitio, hæc enim præcipuum conceptum rei ostendit. 2°. Objectum adequatum attributionis alicujus facultatis est illud, ad quod ordinat quæcumque tractat: Sed Logica ordinat definitionem, et divisionem ad Argumentationem; quia non est major ratio ob quam Logica ordinet propositionem ad Argumentationem, et non ordinet definitionem: ergo Argumentatio est objectum attributionis Logicæ: 3°. Pars totius refer

tur de totum, cujus est pars: sed definitio, et divisio sunt partes Argumentationis; ergo. Dico. et precavetur solutio: Licet Animal non exigat essentialiter hominem, est essentialiter pars hominis; ergo licet definitio, et divisio non exigant essentialiter Argumentationem sunt essentialiter partes Argumentationis.

160 Argumenti concessa majori, Distinguo minorem: Spectat ad Methaphisicam ratione materiæ, concedo; ratione formæ: nego minorem. Methaphisica enim spectatur essentias; sed ad Logicam spectat tradere modum artificiosum explicandi essentias entium. Similiter Methaphisica agit de rerum distinctionibus, et proprietatibus: quia idem, et diversum, unum, et mistra, saltem juxta sententiam probabilem ad rerum proprietates reducuntur; et cum has Methaphisicas declarat, illustrat Logica, ad quam spectat dare regulas ad dividendum, divisionemque faciendam. Explicatur exemplo Grammaticæ, et Historiæ; ad hanc spectat inquirere, et narrare declarare de illam, quia locales orationes, quibus belli, et pacis narrare eventus, a Grammatica artificiose disponuntur. Similiter se habent Logica, et Methaphisica.

150. Ad primam Confirmationem, confeso antecedenti, nego consequentiam: quia atributionis objectum alicujus scientiæ non debet esse nobilius objectum talis scientiæ; aliter objectum atributionis Phisicæ esset corpus humanum, Arithmethicæ numerus perfectior, et Methaphisicæ Deus; Est ergo objectum atributionis illud quod adequat totam scientiam juxta dicta, quod non verificatur de definitione. Ad 2.am confesa majori, Distinguo minorem: Logica ordinat definitionem, et divisionem, quibus essentialis est talis ordinatio, ad Logicam: nego: quibus accidentalis est talis ordinatio: concedo minorem. Ad Probationem Disparitas est: Propositio, ut propositio est, essentialiter refertur ad Argumentationem: quia ut propositio est; est potens ordinari ad Silogismum, quæ formalitas est prædicatum propositionis secundarium secundum quam formalitatem respicitur a Logica propositio, et non aliter: Non ita evenit in definitione, et ~~defini~~ divisione, quas respicit Logica per se, quin ad Argumentationem referantur.

151. Ad tertiam Distinguo majorem: Pars per exigentiam refertur ad totum: concedo: Pars per indiferentiam; subdistinguo: refertur per acci

dens; concedo l. omitto: referantur per se; nego maiorem: Distinguo minorem: Definitio, et Divisio sunt per se partes Argumentationis nego: per accidens et per Indifferentiam; omitto minorem. Ad Aam., quae solutionem Antecedentis confirmationis purgaret, omisso antecedenti, nego consequentiam. Est Disparitas homo nequit formaliter concipi, quin concipiatur Animal, at potest concipi Argumentatio, quin concipiatur definitio, aut divisio; et sicut Animal se habet ad hominem, sic definitio, et divisio se habent ad aliquas Argumentationes quae exigunt, non vero exiguntur a definitione et divisione. Et sicut homo exigit Animal, Animal tamen non exigit hominem, licet constituat hominem, sic definitio et divisio non exigunt Argumentationem, licet illam constituant: quia illam per Indifferentiam constituunt: Ratio ulterior est, quia definitio, et divisio ratione sui habent rationem per se intentam a Logica, et consequenter sunt per se totum factibile a Logica.

32. Nota solutionem Argumenti procedere ex omissione recta, definitionem posse esse actum judicativum quod uera plures falsum etc. Si non placet hoc omittere, nega minorem exi

mi silogismi positi in 2.ª Confirmatione, quo ad primam partem. Si vero denuis, quod definitio ordinatur à Logica discursiva ad Argumentationem, tamen respectu Logicę definitivę est objectum atributionis, consequenterque inadequatum respectu Logicę. Quare potest minorem secundę Confirmationis Distinguere: Logica discursiva ordinat definitionem et cętera ad Argumentationem: omitto: Logica definitiva ordinat definitionem &c. nego minorem. Nota denique Artem totum esse in explicanda Silogistica forma; quia ut ait Compton, Definitio inventa est à Socrate, et à Platone Divisio: unde ex his partem, aut nihil scribit Artes. Hinc inferunt Scotistę aliqui, Silogismum esse atributionis objectum: Sed respondeo, Ità respectu Logicę discursivę esse, non vero respectu Logicę adequatę sumptę.

153. Argues 2.º ex Lince: Logica est scientia veritatis: ergo ejus objectum atributionis est veritas. Confirmat 1.º: Interrogatus Logicus, quare Logicę incumbat? Respondet, ut sine errore sciat alias Scientias: ergo. 2.º Veritate seclusa inutilis esset Logica: ergo finis Logicę est veritas. 3.º et praecavet ux Solutio: finis intrinsecus Logicę non sunt Instrumenta sciendi: ergo est veritas, quia non restat

aliud. Patet ans: Instrumenta quibus uti- tur Ars Instrumentaria non sunt finis intrin- secus artis Instrumentariæ; sed Logica utitur definitione &c.: ergo. Majorem Probo: Exemplo fumo factoriæ: Hæc enim utitur maleo, stilo, &c. quæ non sunt finis intrinsecus illius: ergo. 2º. fi- nis intrinsecus Logicæ est actuum Intellectus rectitudo; sed Rectitudo actuum Intellectus juxta D. Anselmum est veritas: ergo. 3º. juxta N. D. A.: Sicut se habet Philosophia Moralis ad actus voluntatis, se habet Logica ad actus Intellec- tus: sed finis intrinsecus Philosophiæ Mo- ralis est Bonitas actuum voluntatis: ergo et Logicæ veritas actuum Intellectus.

154. Argumenti. Distinguo ans: Logi- ca est extrinsece scientia veritatis: concedo: Est intrinsece scientia veritatis: nego ans, et con- sequentiam. Logica dicitur scientia veritatis, quia inventa est, ut faciat Instrumenta sciendi scien- tiarum veritatis: Unde finis intrinsecus pri- marius Logicæ est rectio modi sciendi; extrin- secus vero est ostensio veritatis, quam res piciunt scientiæ utentes Logica. Admodum, quo Grammatica docet orationes facere sine Sole- cismo, sed de orationis veritate non curat, et sicut inventa est Grammatica ad conficiendam

modum sciendi Grammaticaliter verum, et sine errore, quin habeat pro objecto, neque errorem neque veritatem; similiter Logica inventa est ad conficiendum Instrumenta, quibus sine errore Logico Logicæ veritates sciantur, quin error, aut veritas sint ejus objectum.

155. Ad primam Confirmationem nego asumptum: quia potius nostra Doctrina infertur: Et ratio est: Quia si frenofactorius tiro rogatus sit, quare discat Regulas Artis respondebit absdubio, ut frena sciat facere, quibus subjiciantur Equi. Infertur legitime: ergo subjectio equi non est finis intrinsecus artis. Similiter de Logica dicendum. Ad 2.am Confirmationem conseso antecedenti, nego consequentiam: quia deficiente fine facultatis extrinseco, redditur inutilis instrumentaria Ars. ut si homines deinceps claudi, aut sine manibus, nascerentur, inutiles redderentur citharizandi ars, et sutoria, quin sequatur ex hoc, quod finis unius facultatis intrinsecus, sit etiam intrinsecus respectu facultatis ipsi deservientis. Exclusa subjectione equi inutilis est frenofactoria, non tamen est idem utriusque finis.

156. Ad 3.am Distinguo Majorem: Instrumenta, quibus Ars vnice vtitur non sunt &c: concedo: Quibus vtitur, et simul docet, vt fiant, non sunt &c: nego Majorem: Logica vtitur, et simul dat regulas ad modum sciendi conficiendum: Sicut Fabriferraria vtitur maleo, et quia simul dat regulas ad illum conficiendum est ipsius partiale attributionis objectum: ergo Logica similiter. Hinc patet Disparitas fenofactorie, quæ non dat regulas ad ipsius Instrumenta conficienda, vt sunt Stilus, Maleus, &c. Ad 4.am Distinguo Majorem finis intrinsecus Logicæ est rectitudo actuum Intellectus adequate intrinseca ipsis concedo: rectitudo partim intrinseca, et partim extrinseca: nego Majorem: et Distinguo Minorem: Sed rectitudo actuum partim intrinseca, et partim extrinseca est veritas: concedo: rectitudo adequate intrinseca est veritas; nego minorem: Constat Solutio ex dictis pro objecto formali. Ad 5.am Distinguo Majorem: Sicut se habet &c. ly sicut denotante similitudinem in directione: concedo: denotante similitudinem in termino directo: nego Majorem: Ratio est: Quia Logica vt pote Ars Instrumentaria habet pro fine intrinseco confectionem Instrumentorum quibus acquiritur veritas. Moralis Philoso

phia non est Instrumentaria, adeoque ejus finis intrinsecus non est Instrumentum ad acquirendam Bonitatem, sed ipsa conficienda Bonitas.

157. Argues Denique ex Hurtado: Instrumentum sciendi est adequatum objectum attributionis Logicę: sed sola Demonstratio est Instrumentum sciendi: ergo sola Demonstratio &c. Major ex eo constat, quod Logica sit inventa, ut faciat Instrumenta sciendi. Minor est evidens: Quia sola Demonstratio generat habitum discursivum demonstrativum. Confirmatur 1°: In sola Demonstratione Intellectus quiescit: ergo. 2° Sola Demonstratio est perfectio Intellectus humani: sed finis Logicę est humani Intellectus perfectio: ergo. 3° Demonstratio est objectum perfectius Logicę: ergo et objectum attributionis.

158. Argumenti Distinguo Majorem: Instrumentum sciendi sumpta scientia pro cognitione indubitata, vel pro evidenti per Discursum deducta est objectum adequatum attributionis Logicę: concedo: sumpta scientia pro sola cognitione evidenti per Discursum deducta: nego Majorem; et concesa minori in hoc secundo sensu, nego illam in primo. Logica inventa est ad

faciendum Instrumenta, quibus aliæ Scientiæ scientifice procedant circa objecta: ergo finis Logicæ est dare media ad hunc modum procedendi: Sed scientiæ procedunt circa suum objectum, illud definiendo, dividendo, et Argumentando: ergo ad hoc inventa est: ergo triplex modus sciendi est ejus finis: Sed finis est objectum attributionis adequatum: ergo.

159 Ad Confirmationem primam neg. ans: Quia finis Logicæ non est ut Intellectus quiescat, et quamvis esset, ignoratur An quiescat in Definitione, an in Divisione, quærens rei partes. Sed hoc omisso Respondeo, objectum attributionis Logicæ non debet* id, in quo Intellectus, sed in quo Logica quiescit, hæc autem in triplici modo sciendi conficiendo quiescit. Major 2æ Confirmationis falsa est: quia quælibet Cognitio clara et indubitata est intensive Intellectus perfectio, et triplex modus sciendi perfectio extensiva. Ad 3am omisso antecedenti, nego consequentiam: Quia Deus est objectum perfectius speculabile a Mathematica, quin sit objectum ejus attributionis adequatum.

160 Ad finem adverte hanc propositionem, qua fidunt aliqui, ut Modum sciendi

vt sic ab objto atribuitionis rejiciant Logica vt pote scientia practica pro fine respicit aliquod operabile: sed non est operabilis ratio modi sciendi, vt sic: ergo. Potest negare minorem: Nam modus sciendi, vt sic est Instrumentum, quo acquiruntur scientiæ: acquisitæ exercendæ in statu contractionis, non in abstractionis statu, in quo specificat artem. Insuper: Modus sciendi, vt sic est etiam quid operabile in statu abstractionis, sed non pro illo, sed pro statu contractionis ad speciem, immo ad individuum. Res clara est, et nemini neganda. Scientia practica respicit suum objectum in vniversali, et in hoc ab experientia differt, vt clare docet Arles 1º Posteriorum Cº 23º: Architectura respicit Domum in vniversali, quæ prout sic certe non est factibilis, nec habitabilis. Facultas practica eatenus dicitur habere pro objto operationem, quatenus est congrue appetibilis propria operationes in Individuo exercendas, ad quas ejus doctrina vniversalis potest aplicari.

Disputatio IIII.ª

De Proprietatibus Logicæ, et Necessitate ad acquirendas alias Scientias.

Caput I.um

An Logica sit simplex, et realiter indivisibilis Qualitas?

161. Logica dicitur [illegible] una Scientia, l, facultas nemo negat; ex inde oritur gravis dificultas pro definienda hac unitate Logicæ. Dicitur aliquod esse unum posse unitate simplicitatis, l, unitate Compositionis aut agregationis. Primo modo dicitur *Animal rationale* una entitas simplex, quæ nullis partibus constituitur. 2.º modo dicitur *unum* compositum physicum etsi ex pluribus distinctis consurgat, Respublica item dicitur *una*, *unus* Exercitus, quamvis ex pluribus hominibus conflentur; scilicet, quia in unum finem Moralem, et Politicum

coadunantur. His ita, quæritur An Logica sit una 1.º modo, an 2.º? Hoc est, an Logica sit una, quia est habitus unicus (qui Qualitas dicitur, quia pertinet ad prædicamentum qualitatis) realiter simplex, quique ipse solus faciliter Intellectum ad omnes, et singulos actus Logicales definitionis, divitionis &c. An vero constituatur ex pluribus habitibus inter se distinctis habente uno pro Definitione, alio pro divitione, et sic de reliquis, quorum habituum colectio dicitur una scientia unitate minus rigorosa, ea, v.g: qua Exercitus est unus.

162 Duplex in hac dificultate Sententia datur: Altera Omnium nostrorum recentiorum Thomistarum asserentium Logicam habitualem esse unicum, et indivisibile habitum: Altera antiquorum Nostrorum Thomistarum quos citat Cardinalis Cajetanus; tam antiqui, quam recentiores Thomistæ pro se alegant N. D. Angelicum, sed jure merito Principes Commentatores, ut sunt Cajetanus, et Capreolus fatentur in hoc puncto mentem Angelici valde dubiam esse. Mihi magis placet 2.ª Sententia, et ideo illi subscribo.

Sit ergo Prima Conclusio.

163. Habitus pertinentes ad Logicam habitualem sunt realiter plures, sive inter se realiter distincti. Probo eficasiter: In Logica habituali dantur habitus definiendi, dividendi, et Argumentandi; sed habitus isti sunt realiter inter se distincti: ergo. Probo minorem: qui pluries repeteret actum definiendi, et numquam actum argumentandi, aut leges Argumentationis ignoraret, adquireret facilitatem, i, habitum definiendi; sed non acquireret habitum Argumentandi: ergo.

164. Sed respondent Contrarij habitum definitionis, etiam facilitare ad dividendum, et Argumentandum positis actibus Argumentationis, et Divisionis, aut per se ipsum, aut per modum ipsi habitui superadditum. Sed Contra est: Habitus solum facilitat per se ipsum ad id, respectu cujus est habitus, et a quo generatus est; sed habitus ille solum est habitus definiendi, et generatus est ab actibus definitionis: ergo per se ipsum solum facilitat ad actus definitionis; aliter posset dici talem habitum etiam facilitare ad actum uniuscujusque alterius facultatis. Major est Aristotelis 2º. Phisicorum, Cº. 1º. dicentis: Omne

§ habitus ex operationibus similibus fiunt; qua-
§ propter tales quasdam operationes reddere opor-
§ tet; ipsorum namque diferentias habitus ipsi sequun-
§ tur.

165 Contra est 2°: Si per modum ipsi habitui definitionis superadditum ad actum Argumentationis facilitat: ergo ut facilitas est respectu Argumentationis realiter distinguitur ab habitu ut facilitante ad divisionem: unde jam non erit eadem facilitas, sive idem habitus: quia sicut additur modus realiter distinctus ab habitu definitionis, ut ad Argumentationem faciliter, quare non poterit addi alter habitus distinctus ab habitu definitionis?

166 Probo 2° DD.em: Diversi habitus generantur ab actibus habitus propter diversa motiva formalia, ideoque habitus acquisiti Justitiæ, et Misericordiæ distincti sunt realiter, quia actus ex quorum repetitione generantur, habent distincta motiva formalia; sed sunt in Logica plures habitus habentes diversa motiva formalia: ergo. Probo minorem: Logica
§ habet, v.g. hunc actum partes divisionis pate-
§ ant minus, quam divisum; habet etiam hunc:
§ Definitio debet esse clarior definito: sed ad pri-

nam movetur Logica ex hoc principio, sive formali motivo, Totum est majus sua parte, et ad Secundam movetur ex hoc: Definitio est Explicatio essentię rei, quę sunt diversa principia, et motiva formalia: ergo.

167 Discursus eficatia fundatur in Philosophi, et Doctoris Angelici doctrina, qui 1°. Posteriorum lectione 41ª. sic fatur: Materialis diversitas objecti non diversificat habitum, sed solum formalis. Cum ergo scibile sit proprium objectum scientię, non diversificantur scientię secundum diversitatem materialem scibilium, sed secundum diversitatem eorum formalem. Idem Angelicus asignat unde sit petenda formalis diversitas scibilium.. Prosequitur Doctor: formalis ratio scibilis accipitur secundum principia, ex quibus aliquid scitur. Atqui principia, per quę sillogismus, seu Argumentatio demonstrativa sunt diversa, ac principia, quibus definitio ostenditur: ergo. Profecto hęc principia pro definitione, et Argumentatione sunt diversa formaliter: Explicatio est clarior explicato. Quę sunt eadem uni tertio sunt idem interse: Nam ex jisdem non sunt, neque aliud ex alio proficiscitur.

168. Respondent Contrarij: illos actus, et quoscumque alios Logicę, licet in se diversi sint, esse ad eumdem finem ordinatos, Unde procedere debent ab eodem principio, sive ab eodem habitu. Sed Contra est 1º: Scientię omnes speculative tendunt ad eumdem finem; scilicet ad contemplationem veritatis, et omnes scientię practicę ad operationem; et tamen non omnes scientię speculativę, nec omnes practicę sunt unus habitus: ergo non ex eo, quod actus Logicę tendant ad eumdem finem, habent idem, et unicum principium: 2º: falsa est hęc Responsio: Nam licet omnes actus Logicę tendant ad eumdem finem genericum, scilicet modum sciendi, non tamen ad eumdem finem specificum, sive Individualem: Nam Modus sciendi componitur ex definitione, divitione, et Argumentatione, realiter specifica inter se distinctis.

SECUNDA CONCLUTIO.

169. Logica habitualis est una solum unitate Morali habituum inter se, non vero unitate

reali, et phisica. Patet quoad primam partem: Moralis unitas stat in intrinseca habituum aptitudine, et ordine extrinseca actentis ad eumdem finem; sed omnes actus Logici sunt intrinsece apti et extrinsece ordinati ad eumdem finem, scilicet, ad Modum sciendi: ergo Logica habitualis est una unitate morali habituum inter se. Tota haec ratio patet in Civitate, aut Exercitu constante partibus realiter distinctis, sed unitis moraliter quia ad eumdem finem ordinantur. Patet etiam 33o. quoad 2am partem: Ut Logica habitualis denominetur, et sit una, non requiritur unio phisica habituum inter se: ergo non est una unitate reali habituum. Probo ans: Logica actualis est una, sed non est una unitate phisica actuum inter se; sed solum una unitate morali: ergo ut Logica habitualis denominetur, et sit una, non requiritur unio phisica habituum inter se, sed unio moralis sufficit.

CAPUT II

Argumenta vi- solvit.

Arguitur 1.° objiciendo N. A. Magistrum 1.a 2.æ Q.e 54.a ubi expressè docet: Quod
" Habitus scientiæ est qualitas simplex, non compo-
" sita ex pluribus habitibus etiam si ad plura se
" extendat. Dificultatem fateor continere hæc
verba Nostri Doctoris, dum hæc contra nos
verba ruminamus, alia, quam plurima
ejusdem Angelici non minus dificilia ex expo-
nibilia Adversariis digerenda probinamus
1.a 2.æ Q.e 57.a Art.° 1.° Corp. negat S. D.or " Habi-
" tum scientiæ in sui ratione includere indivisibi-
" litatem," ergo juxta N. A.um includit divisibilita-
tem, et pluralitatem: ergo non est realiter simplex.
Et eodem loco A.° 2.° Corp. inquit: " Scientia po-
" test augeri secundum se ipsam per additionem:
ergo scientia augetur per additionem scientiæ ad
scientiam, id est, habitus ad habitum; quod
non potest fieri si scientia esset simplex reali-
ter qualitas.

J[illegible] [illegible] 1.°

" [illegible]: Una tota scientia compre[illegible]ndit
" [illegible] diver[illegible] [illegible]ntias particulares, quibus
" diversæ conclusiones cognoscuntur. Dum ergo
Contrarii clarissimas habeo pro nobis D.
Angelici auctoritates interpretantur; liceat
nobis cum citato Commentatore Caprealo 9.e

3ª. Epilogi Sententiarum de mente A. Doc-
§ toris hac in re ita definire: Absit mihi
§ quod plus declinet ad illam opinionem, quæ
§ ponit scientiam esse ordinatam collectio-
§ nem Inteligibilium specierum: Unde licet
Angelicus nunc in nostra, nunc in Adver-
sariorum sententia propendere videtur, cer-
tum est magis favere nobis. Unde non incon-
grue prima auctoritas nobis Textu sic
Distinguenda est: Est Qualitas simplex
per entitatem: nego: per ordinationem
ad eumdem finem: concedo: Secunda pars
sic distinguitur: Non constituta ex pluri-
bus habitibus tendentibus sub diversis ra-
tionibus formalibus: concedo: sub eadem
ratione formali: nego.

172 Argues 2º: Licet actus Defini-
tionis, divisionis &c. sint essentialiter diversi,
posunt provenire ab eodem habitu: ergo non ex
eo, quod sint essentialiter diversi infertur pro-
cedere à diversis habitibus. Probo ans: Licet
actus definitionis &c. sint essentialiter diver-
si procedunt ab eadem potentia Intellectiva:
ergo Argumentum probat posibilem habitum,
qui sit æqualis extensionis, ac Intellectus, su-
ficiensque proinde ad omnes actus omnium

scientiarum, quod nemo admitet. Directe nego ans: Ad Probationem conceso antecedenti nego consequentiam, Disparitas est clara, Nam Intellectus non generatur à suis actibus, habitus vero generatur: Unde solum bene potest concurrere ad actus, à quibus generatur. Et propter hanc rationem licet Intellectus sit potens ad actus contrarios; non ita habitus.

173 Argues 3º: Idem habitus Logicę essent realiter distincti, quia generantur ab actibus habentibus diversa motiva formalia; sed quod ab his actibus generentur, non probat, esse distinctos realiter habitus: ergo. Probo minorem: Idem habitus Amicitię generatur ab actu volendi bonum Amici, quia bonum, et ab actu nolendi malum Amici, quia malum ipsi; et similiter idem habitus Amicitię inclinat ad hos duos actus producendos: sed velle bonum Amici, quia bonum, et nolle malum, quia malum involvit distincta motiva formalia: ergo. Argumenti conceso Majori, nego minorem, Nam utérque ille actus volendi, et nolendi habetur propter idem motivum formale presupositum in voluntate, videlicet bonum Amici, sive enim bonum desideres, sive malum vites, quia Amici ma-

lum: Semper quæris illius bonum.

174 Argues 2.º: Idem habitus fidei Divinæ sufficit ad actus atingentes diversa Mysteria: ergo idem habitus Logicæ sufficiet ad actus atingentes diversa objecta, seu motiva formalia. Confirmatur: Idem habitus definiendi facilitat ad definitiones in quacumque materia; sed definitiones in quacumque materia sunt essentialiter diversæ: ergo idem habitus facilitare poterit ad actus essentialiter diversos. Ad Argumentum conceso antecedenti, nego consequentiam. Clarum est Discrimen: Quia habitus fidei Divinæ dat simpliciter posse, ut apud Theologos constat, et non causatur à suis actibus; Unde in ratione potentiæ extendi potest ad plura, quam habitus acquisitus; qui solum dat facilitatem, à suisque actibus generatur. Præterea: omnes actus fidei Divinæ habent idem motivum formale, scilicet, Dei authoritatem; at vero actus Logicæ habent diversa motiva formalia, ut probatum est.

175 Confirmationis Distinguo Majorem: Idem habitus definiendi facilitat ad definitiones

in quacumque materia sub ratione artifisij Logice: concedo: sub speciali ratione talis materie: nego maj: Nequiritur ergo distinctus, et spesialis habitus. ut sub tali, aut tali diversa materia constituatur artifisium illud Logicum, ad quod habitus definiendi facilitat; aliter habitus omnium scientiarum esset idem, et unicus.

176 Argues denique contra 2am. Rem., ex illa infertur Logicam habitualem non esse unam sed multiplicem facultatem. Probatur asumptum: Logica habitualis sunt ipsi habitus Logice; sed habitus isti sunt multi: ergo ipsa Logica non est una, sed multe facultates. Confirmatur: Logica absolute est una scientia; sed non est una unitate ordinationis, aut phisice continuationis: ergo est una unitate phisice simplicitatis. Minor probatur quoad primam partem: Quia alioquin unica daretur scientia: ergo. Probo antecedens: Quia omnia, que cumque scimus possunt ordinis unitatem habere, ut videtur evidens: ergo. Secunda pars etiam suadetur: Si Logica est una, quia omnes ejus habitus in Intellectu habent phisicam continuationem, omnes virtutes Intellectuales etiam essent una virtus, et eodem modo virtutes voluntatis, consequenterque unica daretur virtus: sed hoc est absurdum: ergo.

Argumentum retorqueo: Logica actualis sunt ipsi actus Logicę, sed actus Logicę sunt multi: ergo ipsa Logica actualis non est una, sed multiplex facultas. Respondeo ergo. Quod, ut Logica habitualis sit, et denominetur una facultas, sufficit unio moralis habituum inter se in ordine ad eumdem finem. Confirmatio retorquetur in Adversarios. Pulcritudo absolutè est una; sed non est una unitate ordinis, aut phisicę continuationis: ergo est una unitate simplicitatis. Minor probari potest eodem modo, quo Contrarij probant suam. Similiter in Sanitate retorquetur, quę in communi probandi modo etiam dicitur absolutè una. Retorquetur etiam: Fides est absolutè una virtus: ergo est unus habitus simplex in Intellectu, et Voluntate. Respondebunt negando asumptum. Quia pulcritudo licet in communi loquendi modo una dicitur Qualitas, in re tamen sunt plures. Idem de sanitate. Fides etiam Divina licet est habitus Intellectus, et ex habitu pię afectionis voluntatis coalescat, etiam dicitur una virtus. Quia sicut omne Compositum ad simplicitatem, et omnes Numeri ad unitatem revocantur, ita etiam quę sunt plura in uno genere, l. sub una ratione, sub alia sunt unum; ut est vulgatum proloquium. Similiter ad Confirmationem Respondeo, licet in forma sicalis

Solutio.

178 Secundæ partis probatio non est contra nos, quia ad unitatem Logicæ astruendam non utimur ratione ibi atacta. Diximus ergo Logicam esse unam moraliter; at unitas hæc fundatur partim in ipsius Logicæ natura, et partim in hominum voluntate. Ratio primi est: quia dubitari nequit, quod omnia, quæ a Logica tractantur per se habent inter se aliquam connexionem, rationem, scilicet, finis, ob quem Logica inventa est, qui finis est confectio triplicis modi sciendi. Sequitur hinc, quod habitus dantes Intellectui facilitatem ad huncfinem asequendum habent inter se aliquam proportionem, ut ab hominibus adunentur in unam scientiam adequatam; sicut in Phisica, v.g aliquæ demonstrationes sunt circa materiam, aliæ circa formam et aliæ circa accidentia, quia tamen omnes conducunt ad perfectam scientiam de corpore naturali habendam, una scientia reputatur; et conjunctum ex habitibus Demonstrationis ex placito hominum reputatur per modum unius, licet unusquisque habitus poterat separatim considerari, et ideo Phisica est una scientia moraliter. Similiter Logica dicitur una moraliter fundamento de

sumpto ex sua natura, et respectu ad finem, quibus accedit hominum voluntas. Et hęc est ratio, ob quam Logica est moraliter una, et omnes scientię non constituunt unam scientiam moralem.

CAPUT III.

De necessitate Logicę ad alias Scientias acquirendas.

179. Sępè docuimus Logicam artificialem esse ministerialem, et famulatricem reliquarum scientiarum eam inventam esse ad juvandas artificiose, seu modo sciendi ceteras scientias in acquisitione suorum opitorum. Jam ergo disserendum venit, quę utilitas aut necessitas sit Logicę ad ceteras scientias comparandam? Non tamen est sermo de Logica naturali, quę, cum ipsa

plurimos sit ipsa naturalis vis Intellectus, indubium est, eam non quidem utilissimam, sed omnino necessariam esse ad addiscendam quamcumque scientiam. Tota ergo lis est de necessitate Logicæ artifisialis.

180. Ut vero necessitatem ipsius definiamus, sciendum est, duplex esse Genus necessarij. 1.um dicitur necessarium absolute, et simpliciter, sine quo nullomodo saltem naturaliter haberi potest aliud, sic cibus ad conservandam vitam necessarius, et respiratio ad vivendum. 2.um dicitur necessarium secundum quid, sine quo absolute aliquod potest obtineri, ægre tamen, ac dificulter: sicque quis dicitur necessarius ad longum iter, quia sine eo quidem absolvi potest, magna tamen dificultate, et tractu temporis, et hæc necessitas dicitur etiam moralis. Sciendum etiam est Scientiam posse considerari in duplici statu: 1.o in imperfecto, quando aliquæ earum demonstrationes comparatæ sunt. 2.o in perfecto, quando acquisitæ iam sunt omnes demonstrationes, quas consumati viri illius facultatis acquisiverunt.

181 Plures cum Soto, Lerma, Eminentissimo Aguirre, et Manso, tenent Logicam esse simpliciter necessariam ad quamlibet scientiam acq[illegible]

etiam in statu imperfecto. Alij sustinent, esse necessariam ad scientias, non in statu imperfecto, sed in perfecto comparandas. Alij tam externi, ut Scotistæ, quam Nostri, ut Joannes à S. Thoma, et Illustrissimus Palanco defendunt non esse simpliciter necessariam ad alias scientias in utroque statu.

Nostra Prima Conclutio.

Logica non est simpliciter necessaria ad scientias comparandas in statu imperfecto.

182 Probatur Intellectus solo naturæ lumine potest acquirere hanc demonstrationem Geometricam: Totum est majus sua parte; sed Mundus est totus, et Hispania ejus pars: ergo Mundus major est Hispania; sed eadem ratio est de similibus demonstrationibus, præsertim, si immediate nectantur principijs per se notis: ergo. Dices 1º: Intellectum solo naturæ lumine posse habere illam, l, similem demonstrationem, sed materialiter tantum, non vero formaliter: hoc est; potest habere illa tria judicia, attamen cum formidine de eorum con-

nexione inter se, et de singulorum veritate, cum qua formidine nequit conjungi formalis scientia; cum hujus formale munus sit reddere certum Intellectum de veritate: Hanc autem certitudinem nequit causare ulla demonstratio in Intellectu ignaro Logicæ, cujus ope instruatur de necessaria connexione, et veritate trium illorum juditiorum.

183 Sed Contra est: Nam Intellectus etiam absque Logica redditur formaliter certus de veritate, et connexione trium illorum juditiorum: Ptur: Nam certus est absque Logica de veritate præmissarum; Quis enim requirat Logicam, ut certo sciat, Totum esse majus sua parte? Hispaniam item esse partem Mundi? Et suposita certitudine de veritate harum præmissarum quis egebit Logica, ut sine formidine inferat, et teneat; quod Mundus est major Hispania? ergo.

184 Dices 2.º: Licet istæ præmissæ pateant per se, et absque Logica Intellectui, non ita Bonitas illationis, in qua formaliter consistit scientia, quæ est actus habitus per demonstrationem: Veritas tamen illationis ignotesci nequit Intellectui absque Logica: Nequit namque illatio esse bona

quin includatur in præmisis. Ignarus ergo Logicæ quid de inclusione illationis in præmisis intelligit? Sed Contra est: Quod Intellectus absque Logica potest cognoscere certissimè veritatem illationis, et hujus inclusionem in præmisis. Probatur: Non minus patet Intellectui veritas præmisarum Sillogismi apositi, quam connexio harum cum illatione, et hujus inclusio in illis; sed veritas præmisarum patet Intellectui absque Logica: ergo. Patet major: Eo modo, quo patet Intellectui Hispaniam esse partem totius Mundi, patet etiam hoc particulare includi debere in illa universalitate: Totum est majus sua parte: ergo eodem modo patebit hanc consequentiam: ergo Mundus est major Hispania includi in illis præmisis, et ex illis legitime inferri.

185. Si vis Experimentum deduc ex ijsdem præmisis consequentiam aliquam disparatam, et si eque certissimam, hanc v.g. ergo ignis est Elementum: ridebit statim Rusticus cognoscens nihil esse veritati hujus consequentiæ commune cum veritatibus illarum præmisarum. Quod si Rursus consequentiam legitimam ei aponas: ergo Mundus est major hispania, protinus quiescit: ergo Intellectus solo naturæ lumine potest cognoscere includi tur, necne illatio in præmisis, vel deducatur nec-

ne legitimè ex ipsis: ergo Logica non est simpliciter necessaria ad scientias in statu imperfecto comparandas; quinimo.

186. Non est Logica simpliciter necessaria ad scientias comparandas in statu perfecto. Probatur hæc secunda Conclusio: Intellectus solo naturæ lumine potest comparare scientias in statu imperfecto: ergo et in perfecto. Antecedens probatum manet in Conclusione antecedenti, Probatur consequentia: Ideo antecedens est verum, quia Intellectus solo naturæ lumine potest acquirere primas Conclusiones cujusvis scientiæ, quæ ex primis principijs immediatis fluant: sed si hoc ita est, ex ijs principijs potest acquirere alias, ex his alias, donec acquirat omnes: ergo. Probatur minor unicè dubia: Ideo Intellectus solo naturæ lumine potest deducere Conclusiones immediatas ex primis principijs, quia talia principia nota sibi sunt; sed Conclusio Demonstrationis factæ per prima principia jam est sibi nota: ergo ex hac Conclusione poterit solo naturæ lumine deducere aliam, ex hac aliam, donec tandem omnes.

187 Confirmatur 1.º: Intellectus per primam demonstrationem non amittit, sed acqui-

rit vires ad aliam faciendam: ergo si absque opere Logicæ potest comparare primam, a fortiori secundam, et alias. Ans fit planum exemplo Divitiarum, quæ non impediunt, sed expediunt posesorem suum, ut magis ditescat. Exemplo item virtutum moralium, necnon potentiarum extrinsecarum, quarum exercitium non vetat eas, immo acuit, et faciliores reddit. Confirmatur 2°: Comparata una demonstratione sine Logica cæterarum acquisitio solum potest dificultari, l. ratione formæ, l. ratione materiæ, sed neutro ex capite dificultari potest: ergo. Probatur hæc minor: Non ratione formæ, cujus dificultas jam superata est in prima demonstratione, et forma est eadem in omni demonstratione. Non ratione materiæ, cujus dificultas non pertinet ad Logicam: ergo æqua saltem dificultas est pro secunda demonstratione, ac pro prima; sed hæc potest superari sine Logica: ergo et illa. Non tamen negamus Logicam valde juvare in acquisitione aliarum scientiarum:

Sed inde sit:

Tertia Conclusio

188. Logica solum est necessaria moraliter

ad alias scientias comparandas, quatenus sine
illa magno labore, difficultateque acquiri possunt.
Et Probatur: Nam Intellectus humanus non pa-
titur majorem difficultatem in acquisitione scientia-
rum sine Logica, quam humana voluntas in
observatione totius legis naturalis per longum
tempus sine speciali gratia: sed voluntas sine
speciali gratia est moraliter impotens, et phisi-
cè potens naturaliter observare totam legem
naturalem per longum tempus: ergo. Paritas vo-
luntatis ad Intellectum urgens est: ergo sicut speci-
alis gratia solum est necessaria moraliter, ita
Logica solum est moraliter necessaria ad scien-
tias perfectè acquirendas.

CAPUT IV. Duo Argumenta.

189 Argumentum 1um. Demonstratio
non causat scientiam absque cognitione reflexa de

de bonitate illationis: sed hæc cognitio reflexa dari nequit in eo, in quo non præcedit Logica: ergo Logica est simpliciter necessaria ad quamlibet scientiam. Probatur major: Absque tali reflexa cognitione Intellectus non est certus de bonitate illationis, poteritque de illius veritate formidare: sed incertitudo, et dubitatio de aliquo objecto incompatibiles sunt cum scientia de eodem: ergo Nabonistarum Argumentum, Contrariorumque Achiles, cui superando duplicem paro solutionem.

13. Prima est: Omitto majorem, admittoque necessitatem cognitionis reflexæ de bonitate illationis, ut Demonstratio causet scientiam, nego tamen minorem: illa quippe cognitio reflexa potest elici sola ope Logicæ naturalis, seu solius luminis Intellectus cognoscentis reflexè, demonstrationem illam hic, et nunc recte concludere. Ignarus Logicæ artificialis nescit, qua figura, et modo, quibusve terminis constare debeat Demonstratio, ut rectè concludat; optimè tamen potest cognoscere reflexè solo nativo lumine demonstrationem à se factam hic, et nunc rectè concludere. Sicut Ignarus Rethoricæ numquam reddet rationem de figuris, et Tropis, quibus constare debet eloquens oratio apta ad suadendum animum: experientia tamen constat, ignarum hu-

jus facultatis sepè reflexè cognoscere sermonem aliquem absolutissimum esse: ergo similiter licet necessaria sit reflexa cognitio de bonitate illationis in demonstratione, ut causet scientiam, non est cur hec reflexa cognitio oriatur ex Logica artifisiali, cum possit haberi ex naturali.

191 Replicas 1º: Ergo hec cognitio reflexa respicit bonitatem illationis: ergo pertinet ad Logicam artifisialem. Ptur 2ª conseqª: Logica artifisialis respicit pro objecto bonitatem illationis: sed illa cognitio respicit eamdem: ergo. Distinguo primum consequens: Respicit bonitatem illationis in communi: nego: in particulari: concedo: Negataque secunda conseqª: Distinguo majorem probationis: Logica artifisialis respicit bonitatem illationis in communi: concedo: in particulari: subdistinguo: propter rationem communem: concedo: in particulari propter rationem particularem, seu experimentalem: nego majorem. Igitur ex Arte 1º Methap. Cº 1º: In hoc diferunt experientia et ars, quo experientia singularium, ars autem universalium cognitio sit.

192 Unde instructus Logica artifisiali, si reflecteret supra demonstrationem, quam habet, cuj

noscat ejus bonitatem ex regulis Logicæ docentis demonstrationem ita debere construi, ut recte concludat. Secus Logicæ ignarus. cognoscere potest reflexe bonitatem suæ illationis, non ex notitia communi omnis Demonstrationis, sed ex notitia particulari, quam de presenti demonstratione habet: cognoscens, scilicet, experientia ipsa eam recte concludere. Sic Phisicus, et non Phisicus æque evidenter cognoscunt fulgorem Solis, diversam tamen unusquisque reddet rationem suæ evidentiæ. Interrogatus Phisicus, cur Sol explendeat? Respondebit cum recursu ad principia universalia Phisicæ, scilicet quia presens est, et absque ullo impedimento causa necessaria fulgoris, nempe, Sol.

193 Similiter interrogatus non Phisicus hanc solam experimentalem rationem reddet, quippe video Solem hic, et nunc fulgere. Num hic erit minus certus, quam ille de fulgore Solis? Eodem modo Logicus interrogatus de bonitate illationis in Demonstratione reddet rationem universalia principia suæ artis, Non Logicus respondebit, quia experientia ipsa cognosco hanc Demonstrationem hic, et nunc recte concludere. Ars ergo, et experientia habent idem objectum, diversificantur tamen in motivo: Ars illud respicit sub universali, experientia vero sub particulari.

Non tamen requiritur necessario Ars ad objtum, pro quo sola experientia sufficit: ergo non requiritur reflexio ad Logicam artifisialem pro dignoscenda dignitate illationis particularis, cum sufficiat experientia.

194 Replicas 2º: ergo Demonstratio facta a non Logico est cognitio pure experimentalis, ac proinde non est scientifica, nec causans scientiam. Scientia juxta Arlem 1º Posteriorum Cª 2º: Est cognitio rei per causam. Inde idem Phus cum D. N. 1º Methap. L. 1ª inquit: Scientem cognoscere objtum propter quod, experientia autem est cognitio rei propter se: Unde expertus juxta eosdem, cognoscit objtum, non propter quod, seu per causam, sed solum, quia hoc, quia ita est. Exemplo res clara fiet: vides Petrum ridere: et infers: ergo Petrus est risibilis: Cognitionem habes pure experimentalem. Cognoscis risibilitatem illam, non ex sua causa, sed quia illa ita est.

195 Deducis vero eam propositionem ex his pręmisis: Omnis homo est risibilis: sed Petrus est homo: ergo est risibilis. En cognosco Petrum esse risibilem, non quia prescise risibilis est, sed ulterius cognoscis propter quod Petrus risi

bilis est, seu causam suæ risibilitatis: nimirum, quia omnis homo est risibilis: habet ergo scientiam de risibilitate Petri acquisitam per illam demonstrationem: Cum ergo uterque modus cognoscendi Petrum esse risibilem, adeo inter se diferant, non est dicendum, cognitionem habitam ab ignaro Logicæ de risibilitate Petri esse scientificam, et simul esse experimentalem: ergo.

196 Respondeo ergo, quod solum dicimus experimentalem esse cognitionem illam reflexam de bonitate illationis, quam Adversarij supra requirebant, et nos illis omisimus, ut demonstratio aliqua à non Logico facta causaret in eo scientiam: Cum hoc omnino componitur demonstrationem ipsam scientificam esse, ut pote deducentem consequens certum, et evidens per causas. Nam etsi omitamus cognitionem illam reflexam esse necessariam, ut demonstratio causet scientiam, non dicimus, imo postea impugnavimus scientiam consistere in illa reflexa cognitione, hæc ad summum requiritur, ut mera conditio, ut causetur scientia, Conditiones vero possunt esse diversæ naturæ, ac sunt efectus: sic aer mera conditio est ad vivendum, et vivens non est aer similiter cognitio reflexa, quæ mera conditio

sit ad sciendum, non opus est, ut scientifica sit: potest esse experimentalis, nec ex eo, quod experimentalis sit sequitur, quod effectus, ad quem conditio est, experimentalis sit.

197 Jam accipite secundam solutionem promissam. Argumenta nego utramque majorem: Argumenti scilicet, et probationis; id est nego, quod requiratur cognitio reflexa de bonitate illationis, ut Demonstratio causet scientiam: nego item, quod absque tali reflexa cognitione Intellectus possit formidare de veritate suę illationis. Multiplex est ratio negandi. Prima: Si talis cognitio reflexa suponit scientiam, jam causatam per demonstrationem, inutilis, est, ut scientia causetur. 2ª: Quia hęc cognitio reflexa nil cognoscit, nisi cognoverit evidentiam, quam causat Intellectui ipsa Demonstratio; Si ergo jam in Intellectu ante reflexionem est evidentiam, quę amplior scientia desideratur?

198 Tertia: Quia ipsa Demonstratio, directa sufficit ad causandum Intellectui illam securitatem, et certitudinem de bonitate illationis, quam causari dicunt Adversarij, à cognitione reflexa, requiri quę

ad veram rationem scientiæ. Nam Intellectus exercitio ipso cognoscendi necessariam cognitionem illationis cum præmiśis, cognoscit rem aliter se habere non posse, hujus signum est, quod interrogatus de firmitate suæ illationis, quin recurrat ad aliquam reflectionem impavidus statim respondebit, se verum cognoscere. Ex his duabus Solutionibus eligite, quæ vobis magis placeat.

199. Argumentum 2um: Qui habet Demonstrationem nesciens quomodo, aut ex quibus terminis facienda sit, tantum materialiter, et non scientifice demonstrat: sed ita accidit ignaro Logicæ habenti Demonstrationem: ergo. Ptur major: Nesciens quomodo, aut ex quibus fiat demonstratio, ignorat, quod demonstratio, quam habet, sit Demonstratio: sed hoc ipso materialiter tantum, et non scientifice demonstrat: ergo. Ptur exemplo: Qui dicit verum, nesciens quid sit verum, aut se verum dicere, aut qui dicit falsum, nesciens se mentiri, aut quid sit mendacium, ac proinde nec laudabilis, nec culpabilis est coram Deo: ergo similiter, qui habet demonstrationem nesciens, se illam habere, nec sciens reputandus est.

200. Argumenti Distinguo Majorem: Qui habet Demonstrationem nesciens tam in communi, quam in particulari quomodo &c: concedo: nesciens in communi, et sciens in particulari: nego majorem: et Distincta similiter minori Distinguo item majorem probationis: Ignorat se habere demonstrationem exercitam: nego: signatam: subdistinguo: ignorat se habere demonstrationem signatam respectu regularum Logicæ: concedo: signatam respectu luminis rationis, l, cognitionis experimentalis. nego

201 Igitur Ignarus Logicæ nescit regulas illas, quas Intellectui tradit Logica pro construenda demonstratione: atamen recte cognoscit, demonstrationem à se factam esse vere proportionatam ad concludendum, ut autem talis Demonstratio materialiter tantum causaret scientiam, debebat carere utraque notitia; illa, quam in communi tradit Logica, et hac, quam exercitium, l, ipsa experientia parit. Unde bene scit se habere demonstrationem exercitam, hoc est, exercitium, et effectum ipsum Demonstrationis, quod exercitium, et effectum nescit signare ijs nominibus, et debitis propositionis majoris, et minoris, demonstrationis &c. quæ tradit Logica:

Potest tamen alijs equivalentibus, discursus certi, et evidentes, et similibus, quę ipsum naturale lumen adjutum experientia ipsa suggerit.

202 Non sic, qui verum, aut falsum omnino inadvertenter loquitur, cum neque exercitio ipso, nec reflexe cognoscat verum, aut falsum, quod dicit. Unde exempla hęc pro nobis sunt: Si enim quis ipso in exercitio loquendi cognosceret se falsum dicere, absdubio committeret mendacium: Sicut e contra, qui ignarus essentię actuum Contritionis illam eliciat, certe actum contritionis consequutus est: atqui ignarus Logicę ipso exercitio demonstrationis cognoscit se scire, ipsa experientia, seu actu: ę proprie scit.

CAPUT V.^um

RELIQUA ARGUMENTA.

203. Argumentum 3um: Demonstratio est formaliter artefactum: sed artefactum essentialiter pendet ab aliqua arte: ergo omnis Demonstratio pendet ab arte Logica: Confirmatur: Nequit effici artefactum absque notitia de structura illius: sed notitia structuræ artificij demonstrativi pertinet ad Logicam: ergo. Distinguo majorem Argumenti: Est formaliter artefactum sive in actu 1º. sive in actu 2º: concedo: præcise in actu 2º.: nego, et distincta similiter minori: Distinguo consequens: ergo omnis Demonstratio in actu 2º: dependet: concedo: in actu 1º: nego: Artefactum in actu 2º est opus actualiter factum a præsupposita arte; in actu 1º. est, opus non directum ab arte, attamen habens omne id, quod ars, si adesset, illi tribueret: et hoc modo est artefactum demonstratio facta sine Logica

204. Confirmationi Distinguo majorem: Nequit effici artefactum sine notitia, sive in communi sive in particulari artificij: concedo: præcise absque notitia communi: subdistinguo: Artificium in actu 2º. concedo: in actu 1º: nego: Scientia quam causat Demonstratio, stare nequit absque aliqua notitia de certitudine Demonstrationis, hanc autem notitiam, l. ipsa Demonstratio secum directe affert, l., si opus est reflectione, hæc, l, potest esse

de recto artifisio in communi, quæ pertinet ad Logicam, l, de particulari rectitudine artifisij illius demonstrationis, ad quod sola suficit experientia.

205 Argumentum 1.um Qui demonstrat sine Logica expositus est errori: sed sientia non compatitur cum errore: ergo demonstratio sine Logica non fit: ergo nequit haberi scientia sine Logica. Confirmatur 1o: Demonstrans sine Logica potest judicare esse Demonstrationem Discursum, qui re vera est erroneus, v.g. hunc: hæc essentia Divina est Pater: sed hæc essentia Divina est Filius: ergo Pater est Filius: ergo. 2o. Iuxta Aristotelem veteres Philosophi in plures errores inciderunt ex ignorantia Logicæ. Tandem, juxta eumdem, Qui nescit se scire, nihil scit: sed nihil per Logicam nequit quis scire, se scire: ergo. Argumenti nego majorem; Cum evidentia, quam causat Demonstratio, excludit omnem errorem, nec sinit de objecto formidare, alioquinqui primas Demonstrationes circa Definitiones invenit, cum actu non præexisterent regulæ pro Demonstratione facienda expositus fuiset errori.

206 Ad primam Confirmationem concedo

ipsiorum Logicæ incurrere posse in falatiam inductum aliquo sophismate, quod sibi videatur demonstratio: Ad hoc tamen periculum vitandum magnopere juvat Logica artifisialis; ea tamen non est simpliciter necessaria, potest idem hoc solo naturæ lumine, si atente circunspiciatur errorem subere. Sic optime noverat falatiam sophismatum, qui primus pro solvendis sophismatibus tradidit regulas. Quæ autem Logica præsesit in eo artificialis? Error etiam Sillogismi aposite de Trinitate à solo Intellectu fide illustrato vitari potest, veritates divinas altioris pre creatis ordinis forsan non continere principijs illis, quæ ad discurrendum in creatis firmissima habentur.

207 Ad 2.am: Etiam hodie multi errant ex ignorantia Logicæ errore tamen simpliciter vitabili, et quin Logica simpliciter necessaria sit ad non errandum, sicut propter inopiam multi deliquerunt, juxta Eclesiasticum Cap.e 27: Quin tamen opes simpliciter necessariæ sint ad non deliquendum. Ad Ultimum: Ignarus Logicæ per ipsam demonstrationem scit, quod ipsa concludit, si autem scire, se scire, est scire in communi, et hoc sit scientia, hoc nescit: cæterum hoc non requiritur. namsu

ficit ad sciendum, istæ necessariam esse, et infallibilem veritatem illam determinatam, quæ scitur, et hoc præstat ipsa Demonstratio, l, Cognitio ipsa experimentalis de bonitate illationis demonstrativæ.

208. **A**rgumentum 5.um ex authoritate Divi Augustini Lib. 3.º contra Academicos cap.º 3.º ubi ait: Refert Dialectica, quam sapiens vere novit, nec falsum quisquam scire potest. Si vero eam nescit, non pertinet ad sapientiam ejus cognitio. Item Cap. 17.º ibidem apellat Logicam partium Philosophiæ formatricem, et judicem, quæ, aut ipsam esse, aut sine qua sapientia omnino esse non potest.

209 **R**espondeo ad Argumentum; Divum Augustinum in authoritate disputare contra Academicos, qui negabant aliquid certum sapientem scire, et affirmabant omnem veritatem solum esse vero similem. Hos, ut confundat S. Doctor sic argumentatur: Sapiens saltem scit certo esse sapientiam, et omnia ea, quæ ad sapientiam pertinent, ex quibus maxima est Dialectica. Si ergo sit certo dialecticam, aliqua veritas certo scitur. Si nescit, non pertinet ad Sapientiam cognitio ejus, qui non sit cer-

to esse modum sciendi, nec sapientiam ip-
sam: quia talis sapiens, non erit sapiens. Un-
de S. Doctor, ad summum suponit, Logicam
esse instrumentum ad scientias, sed non sim-
pliciter necessariam. In 2.ª Authoritate
inteligit nomen Sapientia pro complexo
omnium Scientiarum, quod nemo ignarus
Logicae consequutus est, cum ipsa sit una ex
complexo scientiarum: Unde ly omnino idem
est, ac plane, et perfecte. Et haec de Procе-
mialibus dicta sufficiant, ad altiora igi-
tur gradum faciamus.

Controversia IIª.

De Universalibus in Communi.

Certum apud Philosophos est Universalia dari, quę nec sunt Platonis Ideę, nec conceptiones formales, ut volebant Stoici, nec ut Nominales volebant voces significativę. Restat igitur, quod sint Naturę, cum aliud excogitabile non sit. Sed An Universalitas conveniat naturis ante operationem Intellectus, necne? Est satis implexa dificultas, cujus pendet resolutio ex alius resolutione; Quęnam, Scilicet, intercedat Distinctio inter Gradus Methaphisicos? Si actu distinguantur, naturę distinguuntur actu à singularitatibus, et consequenter erunt à parte rei Universalia. Si vero non distinguantur actu, sed solum per Intellectum, non dabitur à parte rei Universale. Hęc omnia obscura sunt, et difisilia, sed valde utilia, ideo de Identitate, et Distinctione Disputationem pręmito, ut quę postea de Universalibus dicenda sunt, percipiatis facilius.

Disputatio Iª

De Identitate, et Distinctione Rerum.

Caput Ium

Quid sit Identitas, et Quid sit Distinctio?

210. Aliqua se ipsis adeo nota sunt, ut eâ videantur explicatione confundi. Ita Identitas, et Distinctio se habent. Hinc Divus Augustinus in Psalmum 121 de rerum identitate dicebat: "Id ipsum, quomodo dicam, nisi id ipsum; quidquid aliud dixero, non dico id ipsum." Est ergo Identitas, illa ratio formalis, qua res est, id quod est. Identitas Pauli cum homine est ratio illa formalis,

qua Paulus homo est; neque iniquam identitatis definitionem a me petas, quipe in qualibet expli-
catione necessario, l, ratione copulæ est, l, alte-
rius termini definitum involvit, cum copula identitatem significet. Ex prædicta identitatis ex-
plicatione patet, falsam esse definitionem Scoti-
starum, identitatem explicantium per Metha-
phisicam inseparabilitatem, quamvis enim hoc esset aliquod identitatis signum in Divi-
nis falsificatur: Mutuo quippe Divinæ Per-
sonæ inseparabiles sunt, et non sunt inter se identificatæ, sed distinctæ realiter. Neque bene explicatur Identitas per Distinctionis negati-
onem, quia prior est essentia rei, quam al-
terius exclusio; sed distinctio contradictoria est identitati: ergo prior est identitatis conceptus, quam Distinctio.

211 Hæc satis de Identitate. Jam ergo illi oppo-
sitam distinctionem sic communiter omnes ex-
plicant: „Illa ratio formalis, qua unum non est aliud„ Et sicut Identitas est ratio formalis, vi cujus vera est hæc propositio: Petrus est Pe-
trus, Petrus est idem secum ipso. Ita Distinc-
tio est illa ratio formalis ratione cujus vera est hæc: Petrus non est Paulus: Communiter Distinctio dividitur in realem, et rationis: Ra-

lis est: Illa ratio formali, qua unionem ante operationem Intellectus non est aliud: Sic Distinguitur Petrus à Paulo, Equo, lapide &: Distinctio rationis est illa, quæ datur per operationem Intellectus; et de hac postea agemus: Aliam Scotistæ distinctionem addunt, scilicet, mediam, et ex natura rei, quam postea examinabimus.

212 Triplex signum traditur pro dignoscenda Distinctione reali. Primum est: separabilitas realis mutua, l, non mutua alicujus ab altero. Eruitur ex Philosopho 7.º Ethicorum Cap.e 1.º: Si potest alterum, sine altero esse, non est idem: Unde si aliquod potest separari ab alio, licet hoc ab illo nequeat separari, realiter distinguuntur, sicut certè distinguuntur corpus, et Anima ab unione inter se, à qua possunt separari, et defacto separantur in morte hominis, licet unio quæ est Modus essentialiter affixus extremis, ab illis nequeat separari.

213 Secundum signum est: Productio unius ab alio: Unde Sancti Patres colligunt distinctionem realem Divinarum Personarum inter se; quia Filius à Patre, et ab utroque Spiritus Sanctus realiter procedit. Tertium

signum est Relatio realis, quæ nequit inveniri, nisi inter extrema realiter distincta: Impossibile est, idem dicere Relationem aliquam Realem ad se ipsum.

214. Distinctio Realis debet versari inter extrema diversæ indolis, et hinc variæ dicitur, sive apellatur; si versetur inter extrema positiva, v.g. Petrum, et Angelum, dicitur distinctio positiva: Si inter negationes, quales sunt carentiæ, et impossibilia, v.g. Carentia Petri, et Hircocervus, dicitur negativa: Si inter unam positivam, ut Petrus, et aliam negativam, ut Hircocervus, dicitur mixta: Si inter res, quarum una est extra essentiam alterius, v.g. Corpus, et Anima, dicitur adequata, et condistinctio, ejusque extrema condistincta; si inter res, quarum una pertinet, ut pars ad essentiam alterius, v.g. corpus respectu hominis, dicitur inadequata, l, includentis ab incluso.

215 Si inter duas res interveniat distinctio, quarum una minime dependet ab alia, ut Leo, Equus, l, aliqua pendet ab altera, non tamen pendet, ut modus illius, sicut Creaturæ respectu Dei dicitur absoluta, si inter duos

modos, quorum entitas sit essentiatialiter affixa rebus absolutis, ita ut totum munus, et essentia eorum sit determinare res absolutas ad aliquod op̃situm, v.g. actio productiva, et ubicatio, dicitur modalis. Mixta denique dicitur, si verssetur inter rem absolutam, et modum v.g. inter Petrum, et ejus Ubicationem.

CAPUT IIum.

De Forma Distinctionis Realis.

216. Petrum esse realiter distinctum ab omni non ipso concretum quoddam est, cujus objtum ipsa entitas Petri est: De forma ipsum reddente, l. denominante realiter distinctum magna lis est apud Doctores; sunt, qui prædictam formam realiter identificatam cum ipso Petro defendant, Sunt, qui eam distinctam ab ipso realiter sustineant: Non una est mens pro-

pugnantium. Prima Sententia asserit, Realem distinctionem unius ab alio consistere in quodam accidenti positivo realiter distincto à Petro, et Paulo v.g., ipsisque superaddito, vi cujus, quilibet denominatur mutuo distinctus realiter ab alio, modo quo vi albedinis superadditę Petro, hic realiter formaliter est albus. Ita Major, et Enrriquez, et alij antiqui.

217. Secunda Sententia docet distinctionem realem pro fundamento afferre entitates positivas, quę distinguuntur, et pro formali in negatione identitatis consistere: Ita, ut hęc identitatis negatio sit forma, à qua Petrus, et Paulus constituuntur realiter distincti: Ita plurimi ex nostris Thomistis cum aliquibus ex exteris. Tertia Sententia tenet, Distinctionem realem unius rei ab alia adequatè consistere in solis entitatibus positivis, quę distinguunt. Sic Cardinalis Cajetanus, Durando, et Nominales, et alij quam plurimi. Ultima Sententia docet, Distinctionem realem ęquè posse consistere in entitatibus positivis, et in negatione phisica Identitatis, simul cum illis sumpta, hoc est, tam Entitas positiva, quam negatio phisica est forma sufficiens distinctionis Realis: Hanc Sententiam amplector.

218 Sed antequam ad stabilienda asserta procedamus; varia sunt observanda. 1º: quod hic solent aliqui Authores acriter propugnare, an dentur in rerum natura negationes phisicæ, nos vero ab hac Disputatione abstinemus, quia graviora nos urgent; sed ut nostræ Disputationi sit locus, omitimus earum existentiam, et si existant dicimus esse suficientem formam distinctionis realis.

219 Secundo: Identitatis negationem inter duas res inteligi posse phisice, l, Logice. Negatio phisica, seu negatio phisice accepta est quædam entitas negativa ab omni ente positivo distincta, cujus ofisium pressise est se ipsa formaliter excludere rem illam, cujus negatio est, sic negatio Identitatis se ipsa identitatem excludit. Negatio Logica, l, negatio Logicè accepta est negativa Propositio, quæ formaliter negando explicat ipsum positivum objtum, v.g. objtum hujus: Deus non est mortalis, est ipsa immortalitas Dei, quæ Dei est positiva perfectio, licet formaliter per negationem explicetur. His ita per partes expediemur a præsenti Quæstione.

220 Primo asserimus, Petrum esse realiter distinctum a Paulo per suam entitatem

positivam, et ad hoc non eget, nec negatione phisica, nec accidenti superaddito: Brevioribus terminis proponitur Conclusio: Distinctio realis consistit in ipsis entitatibus positivis, quæ distinguuntur. Probatur hæc prima Conclusio: Distinctio realis Petri à Paulo consistit formaliter indiferentia individuali Petri: sed hæc est identificata realiter cum entitate positiva Petri: ergo. Patet major: unicè dubia: Petrus per suam diferentiam individualem est formaliter hæc entitas: sed per quod est formaliter hæc entitas distinguitur realiter à Paulo: ergo. Probo minorem: Per id distinguitur Petrus realiter à Paulo, per quod est formaliter hæc entitas, et non est entitas Pauli, nec alia quælibet præter ipsam: nam Petrum esse hanc determinatam entitatem est formalissimè Petrum non esse aliam entitatem præter ipsum: ergo.

221 Confirmatur: Petrum realiter distingui à Paulo est Petrum non esse Paulum; sed Petrus per suam entitatem positivam, non est Paulus: ergo. Probo minorem: Per id Petrus non est realiter Paulus, per quod est realiter Petrus: sed per suam entitatem est realiter Petrus: ergo. Omnia hæc conceduntur

Contrarij de Distinctione fundamentali, negant vero de formali reali. Dicunt etenim entitatem positivam Petri per per differentiam individualem, nec per quodvis aliud prædicatum intrinsecum excluderent formaliter identitatem cum Paulo, ac per consequens, nec ab eo formaliter realiter distingui, sed ad summum fundaliter: quatenus prædicta entitas Petri est fundamentum, seu radix ex quo resultat necessario negatio phisica identitatis cum Paulo, quæ negatio est forma reali pugnans cum identitate utriusque, et eos denominans formaliter distinctos, non aliter, ac ignis, quia non identificat secum accidens calorem per semetipsum, non est formaliter calidus, ac talis est fundamentaliter, seu radicaliter, quia radix est exigens calorem, per quem denominetur formaliter calidus.

222. Sed Contra est 1º: Differentia individualis intrinseca Petri non fundamentaliter, sed formaliter est ipsius differentia: ergo est etiam ejusdem formalis distinctio. Ratio Conclusionis: differentia et distinctio sunt idem: ergo. 2º: Entitas positiva Petri, pro priori ad negationem est hæc entitas, et non est entitas Pauli; sed entitas, quæ talis

esse, ut non est entitas Pauli, est realiter formaliter distincta à Paulo: ergo pro priori ad negationem, sive seclusa negatione entitas positiva Petri realiter formaliter distinguitur à Paulo.

223. Impugnatur 3°: Petrus independenter omnino à negatione, sive pro priori ad illam per suammet entitatem falsificat hanc propositionem Petrus est Paulus: ergo eodemmodo verificat hanc: Petrus non est Paulus: sed in objecto hujus juxta omnes, stat forma distinctionis realis: ergo si entitas positiva Petri est objectum verificativum illius, ipsa entitas est formalis distinctio realis à Paulo. Nec favet Contrarijs Paritas ignis: 1°: Quia entitas Petri pro priori ad negationem verificat hanc propositionem: Petrus non est Paulus: Ignis vero pro priori ad calorem nequit verificare hanc: Ignis est calidus: 2°: Quia, juxta omnes, Ignis nequit esse formaliter calidus, nisi per formam distinctam ab ipso. Utrum vero Petrus fiat formaliter distinctus per formam à se distinctam, non adeo constat, cum circa hoc tota versetur præsens Controversia: ergo.

224. His coactus Illustrissimus Palanco doctrinam valde peregrinam afert ad sustinendam formam distinctionis realis in negationibus phisicis: Ait, unum distingui ab alio, est unum non esse aliud: Hoc autem non esse aliud potest esse l. positivum, l. negativum: Deus, cujus esse illimitatum est, ac infinitum, nequit non esse aliud per negationem, unde Deus per negationem non difert, l. distinguitur à Creaturis, sed per suam positivam entitatem, et sic admitit Illustrissimus Doctrinam nostram in Distinctione Dei; aliter opinatur de Creaturis, quæ ultra suam qualemcumque positivam entitatem esse, aliter dicunt esse limitatas in essendo: hæc autem limitatio ita coarctat Petrum in ratione essendi, ut illum determinet, ut sit hoc determinatum ens, et eumdem prohibeat, ut sit majus ens (quemadmodum videtur innuere Illustrissimus) non sinit, ut Petrus extendat suum esse, ad esse Pauli.

225. Vnde per hanc limitationem concludit Palanco in ratione entis Creaturæ distinguuntur realiter inter se: Hæc vero limitatio Creaturarum nil aliud est, quam negatio phisica entis extensioris: & in hac negatione stat formam distinctionis realis in Creaturis. Sed hæc Illustrissimi doctrina impugnatur 1º: Quo priori ad omnem

negationem phisicam entitas creata est essentialiter limitata in suo esse: ergo si in hac limitatione consistit distinctio realis, antequam inteligatur negatio, jam creaturæ inteliguntur distinctæ: ergo superfluit negatio. Probatur antecedens: præssise intellecta entitas creata inteligitur entitas formaliter limitata (creatum enim et limitatum sunt formaliter idem) sed pro priori ad omnem negationem inteligitur entitas creata, posita namque actione creativa Petri, quin mentio ulla fiat negationis, inteligitur Petrus creatus: ergo pro priori ad omnem negationem inteligitur entitas limitata.

226 Impugnatur 2°: Limitatio entis nequit esse ejus formalis distinctio: Probatur: Si ita esset, Deus esset limitatus, est enim distinctus ab omni non ipso. Probatur hoc: Ideo, juxta Palanco, Creaturæ sunt distinctæ, quia sunt limitatæ, et ideo sunt limitatæ, quia earum essentia non extenditur ad essentiam aliarum rerum: sed etiam Divina essentia non extenditur ad essentiam Creaturarum (quis enim dicat esse Divinum, licet infinitum includere formaliter in se essentiam Creaturarum) ergo Deus distinguitur etiam per negationem: ergo Divinum esse etiam est limitatum. Impugnatur 3°: Creatura ex suis intrinsecis est formaliter Creatura: ergo Creatura per suam entitatem, secluso omni alio, distinguitur realiter a Deo. Antecedens indubium est: Creatura namque intrinsecè est ens ab alio. Pur

consequentia: Si Creatura ex suis intrinsecis est essentia liter Creatura, intrinsece repugnat identitati cum Deo: sed repugnare identitati est formaliter distingui: ergo

Caput III.um

Argumenta disolvit.

227 Argues 8o: Petrum non esse Paulum, est Petrum distingui à Paulo: sed Petrum non esse Paulum in negatione consistit: ergo. Confirmatur: e duobus Contradictorijs alterum debet esse positivum, et negativum alterum: sed Identitas, et Distinctio sunt duo Contradictoria: Nunc sic: atqui Identitas est quid positivum; ergo distinctio est quid negativum: ergo distinctio consistit in negatione phisica.

228. Argumenti concesa majori Distinguo minorem: sed Petrum non esse Paulum consistit in

negatione phisica: nego: In negatione Logica: subdistinguo: In negatione Logica sumpta pro materiali; concedo: sumpta pro formali: nego: Distinctio consistit in negativo Logico; quia distinctio, et identitas per propositionem negativam explicantur: Sicut Petri identitas secum ipso, et Dei immortalitas sunt quid positivum per Logicam tamen negationem sic explicantur Petrus non est distinctus à se; Deus non est mortalis. Cæterum hoc Logicum negativum, in quo dicimus distinctionem consistere, non est Logicum negativum pro formali, quod nil aliud est, quam ipsa Logica negativa propositio: Dicimus tamen in objecto Logicæ propositionis negativæ distinctionem consistere, et hoc est negatio Logica sumpta pro materiali: Et sicut verificativum harum: Petrus non est distinctus à se, Deus non est mortalis, est quid objective positivum, licet formalis explicatio aliquid objective negativum explicare videatur; ita verificativum hujus Petrus non est Paulus quid positivum est, licet per negativam propositionem explicetur.

220. Ad Confirmationem Distinguo Majorem: è duobus Contradictorijs alterum debet esse positivum, et alterum Logice negativum secundum quod dicit de formali: concedo: secundum quod dicit de materiali: nego Majorem: Et consessa minori, nego consequentiam: Consequens adjuncti Enthimematis similiter distinguendum

est, et ultima conseq. neganda. Ex duobus contradictorijs propositionibus altera afirmativa est, et altera negativa: et ideo secundum formale unum contradictorium positivum est, alterumque negativum. At vero secundum quod dicunt de materiali non datur unum, quod positivum sit, et alterum, quod sit negativum: Quia objetive non datur unum, et aliud, sed idem objectum, quod verificat unum, falsificat alterum, aliter propositiones contradictoriæ non essent ejusdem de eodem.

230. Et hoc est, quod Doctor A. ait in 1.um D. 5.a q.e, et A.o 1.o: Ubicumque est Distinctio, ibi est opositium contradictorium identitatis: Quia si hæc propositio est falsa Petrus est Paulus, hæc est vera Petrus non est Paulus: sed 1.a falsificatur per entitates positivas Logicè difformiter enunciatas: ergo 2.a verificatur per easdem entitates conformiter Logicè enunciatas. Hoc modo summè Logicè distant, et distinctio, et identitas oponuntur, quia nullatenus possunt duæ contradictoriæ verificari, aliter idem simul esset, et non esset, quod implicat

231. Argues 2.o: Albedinis inhærentia in subjecto auferetur formaliter per negationem albedinis in subjecto: ergo et identitas inter extrema aufertur formaliter per negationem identitatis. Confirmatur 1.o: Quod resultet negatio ex entitatibus positivis non probat, quod in

entitatibus stet formaliter distinctio: ergo. Probo antecedens: Quod ex frigore resultet negatio in subjecto non probat, quod frigus constituat subjectum in esse non calidi; forma enim constituens subjectum non calidum, est negatio caloris: ergo a pari.

232. Argumenti omisso antecedenti, nego consequentiam. Hæc propositio: albedo non est in subjecto, ut pote contingens non debet verificari essentialiter per entitates positivas albedinis, et subjecti; consequenterque si dentur negationes phisicæ (quas omitimus) potest per negationem verificari propositio illa. Non ita in hac, Petrus non est Paulus, quæ essentialiter exigit verificari per Petrum, et Paulum, uterque enim se excludit essentialiter ab Identitate; albedo tamen, et subjectum non se excludunt essentialiter ab informatione. Hinc Argumentum retorqueo: Inhærentia albedinis in subjecto potest abesse ipso manente subjecto: ergo et distinctio Petri a Paulo potest abesse manentibus Petro, et Paulo: sed distinctionem abesse inter Petrum, et Paulum ipsis manentibus est dari identitatem: ergo potest dari identitas inter Petrum, et Paulum.

233. Ad Confirmationem nego antecedens, cujus probationem omitto: Quia propositiones istæ, Petrus est frigidus, Petrus non est calidus non sunt contradictoriæ, et possunt esse simul veræ: Quia verificantur, falsificantur

ve per formas distinctas, et saltem supernaturaliter Petrus potest frigidus esse, et calidus in gradibus oppositis contrarie. At istæ, Petrus est Paulus, Petrus non est Paulus contradictoriæ sunt, et una necessario vera, alteraque necessario falsa, et idem formaliter objectum, quod verificat unam, necessario falsificat alteram: et sicut affirmativa falsificatur per Petrum, et Paulum, per eosdem negativa, necessario verificatur, non vero per negationem resultantem.

234 Argues 3º: ex Palanco: Petrum distingui à Paulo, est illum non esse hunc; sed entitas positiva Petri nequit esse ratio non essendi Paulum: ergo. Probatur minor: Entitas positiva Petri est ratio essendi Petri; sed ratio essendi nequit esse ratio non essendi: ergo. Confirmatur ex eodem: Omnes Creaturæ antequam producerentur erant indivisæ in Deo, et per creationem dividuntur inter se; sed si divisio, aut distinctio consisteret in positivo, et non in negatione, Creaturæ jam productæ essent etiam magis positivæ, quam ante productionem quod quidem est absurdum: ergo. Patet minor: Nam si divisio, aut distinctio est aliquid positivum, hoc positivo carebant Creaturæ, cum indivisæ erant in Deo, et hoc positivum accedit illis, cum per creationem dividuntur inter se.

235 Retorqueo Argumentum contra Illustrissimum asserentem Deum per suum esse, et non per ne-

gationem phisicam distingui à Creaturis. Directe conserva majori, nego minorem; et Distinguo Majorem Probationis: Sed ratio essendi nequit esse ratio non essendi id, quod est: concedo: non essendi aliud: nego: Patet ex terminis Distinctio. Confirmatio asserere videtur rem valde disonam Theologis, nimirum, Creaturas præcontineri à Deo formaliter, ita ut quando una Creatura ponitur in rebus, tam antea extiterit in Deo, quasi illam pariat, et non prorsus producatur à Deo.

236. Præcontinentur Creaturæ in Deo 1º: intentionaliter, quia omne ab æterno est in mente Dei: 2º eminentialiter, quia in Deo sunt perfectiones non solum æquivalentes, sed etiam supereminentes omnibus perfectionibus creatis: 3º virtualiter, quia Deus habet virtutem ad producendas omnes, nullo ex his modis Creaturæ sunt indivisæ in Deo, nam licet Deus subjtive, et ex parte sui indivise, et simplicissimè eas cognoscat, supereminent, et possit producere, non tamen cognoscit eas indivisas, sed divisas inter se, aliter deciperetur; nec eas excellit, aut producit indivisas. Itaque distinguo Majorem: Omnes Creaturæ erant formaliter indivisæ in Deo: nego: Erant indivisæ intentionaliter, eminenter, aut virtualiter: subdistinguo: indivisæ sub se: concedo: indivisæ ultra se: nego. Unde patet ad reliqua.

237. Replicas 1º Gutta aquæ distinguitur ab alia

guita non per suam entitatem, sed per negationem unionis continuativæ: ergo similiter unum ens distinguitur ab alio non per suam entitatem, sed per negationem identitatis cum ipso. Omiso antecedenti, nego consequentiam: Disparitas est: Guta per suam entitatem indiferens est, ut uniatur, vel non continuativè cum alia: Cæterum entitas cujusvis entis per se repugnat intrinsecè identitati cum alio.

238 Replicas 2°: Creatura distinguitur à Creatura, quia ens limitatum est; sed quia limitatum est includit negationem majoris extensionis in essendo: ergo. Omisa majori, distinguo Minorem: includit negationem phisicam: nego: negationem Logicam materialem: concedo. Creatura non ideo est ens limitatum, quia cum aliqua restrictione participet rationem entis; cum totam hanc plenè in se inviviat: dicitur limitatum, quia totum hoc esse non à se, sed ab alio habet: Item, quia ultra rationem entis, et paucà alia prædicata pertinentia ad suam essentiam, caret prædicatis alijs, quibus æquivalet in perfectione ab his Creaturis superioris ordinis: hæc tamen carentia non est aliqua negatio phisica, sed ipsa entitas rei potens terminare actum Logicum negantem illa prædicata, quæ non habet.

239 Si oponatur, Doctorem Angelicum dicere Distinctionem non addere quid positivum; dicito Sanctum Doctorem loqui de addicione phisica; nam,

ut supra visum est, nil phisicum addi debet enti ut distinguatur, cum hoc possit habere per suam entitatem.

CAPUT IV.um

De Hypothesi Phisica Negationum

250 Jam probatum relinquimus Distinctionem realem omni alio secluso stare adequate formaliter in ipsis entitatibus, quę distinguuntur. Sed supponamus (quod nescimus pro nunc, An in Methaphisica negavimus; quia nolumus pignus dare) scilicet dari negationes phisicas; Inquiritur, An in hac hypothesi sint forma distinctionis realis? Non loquimur de forma unica distinctionis, quia forsan non existerent tales negationes, et tunc sequeretur absolute non dari modo ullam formam distinctionis realis, quod quidem est maximum absurdum. Sensus ergo quęstionis est: An in prędicta hypothesi Petrus, et Paulus inter se an

distinctae per suas positivas entitates, alterum possent formaliter distingui per negationem. [illegible]

CONCLUSIO.

251. Negatio Phisica Identitatis, si admittitur est forma sufficiens distinctionis realis. Prob. 1.º: Objectum verificativum hujus actus Petrus non est Paulus, est forma sufficiens distinctionis realis inter utrumque: Sed si admittatur negatio ~~[illegible]~~ phisica Identitatis, haec est verificativum ejus actus: ergo. Major patet, et minor probatur: Negationi phisicae semel admissae tribui debent ea munera, quae illi tribuunt ejus assertores, et potissimum est, terminare objective actum negantem: ergo. Ulterius probatur eadem minor: Quia sicut Identitas est objectum verificativum actus affirmantis Petrum esse hominem ita Identitatis negatio debet esse objectum verificativum actus negantis „Petrum non esse Paulum, sicut ipsa entitas Petri est objectum verificativum actus negantis Identitatem inter se, et Paulum, ut ante dictum est, ac si admittatur negatio phisica actus ille gauderet duplici verificativo, quorum quodlibet esset sufficiens, neutrum tamen exclusivum alterius.

252. Probatur 2.º: Forma qua ante omnem operationem Intellectus unum non est aliud, est forma

distinctionis realis; sed negatio phisica, si admittatur, est talis forma: ergo est forma sufficiens distinctionis realis. Probatur minor: Negatio phisica Identitatis, semel admissa esset ante operationem intellectus exclusivum formale identitatis duorum extremorum: sed exclusivum formale identitatis duorum extremorum est forma, qua unum ante operationem intellectus non est aliud: ergo. Respondeo: Contrarij: Identitatem non nisi per formam intrinsecam excludi posse: sed petunt principium: hoc enim est ipsum, quod disputatur, nemirum, utrum Identitas in aliqua hypothesi posset excludi per formam extrinsecam, quod non repugnare probant rationes nostrae.

228

Pro Solutio [illegible]

1°. Noto [illegible] omissione negationum non esse obligatum ad disolvendam [illegible], et Argumenta, quae contra tales negationes objiciuntur. Solummodo non teneri ad sustinendas negationes per se praecisam rationem distinguendi, et ad disolvenda Argumenta, quae ex hoc praecise capite desumuntur. 2°. Noto: Conclusionem non obomi praesenti, non eo minus de forma distinctionis realis absolute: et extra omnem hypotesin, Nunc autem de forma quae daretur in tali hypothesi negationis phisicae. Unde propositiones affirmantes negationem phisicam esse formam distinctionis esse exclusivum identitatis [illegible], [illegible] Copulativum sensum, cujus duplicis Conclusionis distinctui ita possunt; negatio phi-

sica absolute est forma distinctionis exclusivum identitatis &c: nego. In hypothesi: subdistinguo: Negatio phisica est forma, et exclusivum &c. sufficiens: concedo. Unicam; nego.

Argumentum 1.um: Implicat duplex forma (maxime si diversæ naturæ sint) distinctionis realis, sicut et cujusvis alterius effectus formalis: ergo et implicat, quod Petrus, et Paulus distinguantur per suam entitatem, et etiam per negationem maxime, cum entitas positiva, et negativa diversæ sint naturæ. Confirmatur: Distingui, et differri ab alio, sunt formaliter idem: ergo cui non competit ratio differendi, non competet ratio distinguendi: atqui negationi phisicæ aliena prorsus est ratio etiam sufficiens differendi Petrum a Paulo (nam differentia individualis nequidem sufficienter potest consistere in aliquo extrinseco): ergo. Ad Argumentum Distinguo ans: Implicat absolute duplex forma &c: Omitto: Implicat hypothetice: nego; et distinguo consequens: ergo implicat absolutè quod Petrus &c. omitto: Implicat hypothetice, hoc est ex hypotesi, quod admitantur negationes phisicæ: nego.

265 Jam diximus non esse obligatos ad sustinenda absurda, quæ oponuntur negationibus phisicis: illis

omissis diximus esse sufficientem formam distinctionis realis. Ad Confirmationem Distinguo ans: Distingui intrinsece, et differre sunt formaliter idem: omitto: Distingui extrinsece, et differre &c.: nego: et Distinguo consequens: ergo cui non competit ratio differendi, non competet ratio distinguendi intrinsece: omitto: nec competet ratio distinguendi extrinsece: nego: et concessa subsumpta cum adjuncta probatione, nego consequentiam.

246 Differre duo dicit, unum positivum, alterum negativum: Dicit positivum scilicet Petrum esse determinatam entitatem, dicit negativum, scilicet non esse aliam; Haec duo absolute importantur in ipsa entitate Petri ex se potente verificare actum affirmantem Petrum esse Petrum, et actum affirmantem Petrum esse distinctum a Paulo. Entitas Petri penes positivum dicitur a Philosophis differentia individualis, eadem vero penes negativum dicitur distinctio: positivum illud in omni casu debet esse intrinsecum entitati: Nam implicat etiam in adjecto, quod Petrus sit hec entitas per aliquod distinctum ab hac entitate: Unde differentia individualis Petri in omni suppositione debet esse illi intrinseca: Caeterum cum similiter non implicet quod Petrus non sit aliud, per aliquod intrinsecum, sic implicat quod saltem sufficienter distinguatur per aliquod extrinsecum, casu, quo hoc detur. Igitur entitas Petri

hujus diferentia individualis et distinctio est. Negatio vero phisica tantum esset distinctio, et si hanc apelare velis diferentiam extrinsecam, non contendant in questione de voce.

257 Argumentum 2um: Deus denominatur immortalis per suam intrinsecam immortalitatem, et nequidem sufficienter extrinsece per negationem mortalitatis: ergo nequidem sufficienter Petrus denominatur extrinsece distinctus per negationem phisicam Identitatis. Confirmatur 1º: Entitas extrinseca, que fingatur excludens à Petro distinctionem à se ipso, non esset ratio, nequidem sufficiens identificandi Petrum secum ipso: ergo negatio phisica, ut pote extrinseca nequit esse ratio nequidem sufficiens distinguendi Petrum à Paulo. Confirmatur 2º: Cognitio Divina de Distinctione inter Petrum, et Paulum excludit Identitatem utriusque (nequit tamen non [illegible], que cognoscuntur à Deo distincta) sed ea cognitio nequidem sufficienter est ratio distinguendi Petrum à Paulo quia ipsi extrinseca est: ergo similiter.

[illegible] Concesso antecedenti, nego consequentiam: Est [illegible] disparitas: Immortalitas, sicut quelibet Divina perfectio absoluta consistit in positivo nil negativum di[illegible] o, ut sepe dictum est dicit positivum, et negativum, unde si admitatur negativum phisicum non poterit aptare predicata Divina, et poterit sufici

enter apare creata. Primę Confirmationis omisso antecedenti, nego consequentiam: Identificari est quid intrinsecum, et vndequaque est positivum, non ita distingui, Vnde primum in nulla hypothesi fieri potest per formam extrinsecam, non ita 2m. Distinguo Majorem 2ę. Cognitio Divina excludit formaliter negat illative: concedo. Sicut cognitio Divina de corpore, et anima vnitis non est formalis eorum vnio, quamvis stante illa cognitione sit impossibile, quod vnita non sit. Ita similiter dicere debemus de Cognitione Divina distinctionis Petri à Paulo.

229

Argumentum 3um: Negatio phisica supponit rem jam distinctam per suam differentiam individualem: ergo superflua. Respondeo negando consequentiam: Nam in hypothesi negationis phisicę, non implicat ex terminis, quod res duplici distinctione gaudeat, vnaquaque sufficiente, neutra vero exclusiva alterius. Sicut in eadem hypothesi res destructa dupliciter non esset formaliter in rerum natura, 1o. per suum ipsum non esse, seu defectum; 2o. per negationem. Ad hoc replicant: Ita est, quia res destructa capax est duplicis illius formę; Distinctio vero cum sit prędicatum intrinsecum, et positivum, non nisi à forma intrinseca, et positiva valet provenire. Hęc Replica petitur principium: hoc est ipsum, quod disputatur, An Distinctio adeo intrinseca, et positiva adequate sit, ut in

nulla hypothesi valeat provenire à forma extrinseca, et negativa, quod esset falsum, probant rationes nostræ.

CAPUT V.um

De Distinctione Virtuali Intrinseca.

250 Certum fide Divina est, in Sacrosanctæ Trinitatis Mysterio, unam indivisibilem essentiam realiter identificari cum tribus singulis Personis, quæ realiter distinguuntur inter se: unde fit, quod aliqua prædicata vera sint de Persona, quæ falsa de essentia sunt, v.g. Filiatio generatur, Essentia generatur; Cum tamen aliunde essentia, et filiatio identificentur: Multum facessit Intellectus creatus, quomodo de reali entitate realiter identificata à parte rei verificetur de una, quod

non verificatur de alia? Hæc ut solvant aliqui Theologi coacti sunt abstruere inter essentiam, et Personalitatem aliquam distinctionem, quam virtualem, entitativam, et intrinsecam apellant, vi cujus, manente stricta identitate reali, solum datur unus ex efectibus distinctionis realis, nimirum, capacitas ad verificanda prædicata contradictoria.

251 Quidquid sit de hac distinctione in Divinis, in Creatis intolerabilis est, cum hic non urgeat ea gravissima dificultas Misterij Trinitatis. Asero ergo: Non datur in creatis Distinctio virtualis intrinseca: Ita communiter omnes contra Lince contrariæ Sententiæ Patronum, immo, et authorem. Docet itaque prædictus Lince inter prædicata entis limitati admitendam esse distinctionem realem virtualem, vi cujus possint verificari prædicata Contradictoria. Hac potissima ratione movetur. Quia in actu Contritionis perfectæ realiter identificantur amor Dei, et odium pecati, consequenterque verificantur hæc contradictoria; amor terminatur ad Deum, odium non terminatur ad Deum, odium terminatur ad Pecatum, amor non terminatur ad pecatum, Si enim odium terminaretur ad Deum, esset Deus odio habitus, et si amor terminaretur ad pecatum, hoc per talem actum amaretur. Ut hæc sequantur admitenda est distinctio virtualis.

252 Sed respondetur, ejusmodi propositiones negativas falsas esse, et ruit totum Argumentum: Deus non est odio habitus, ex eo quod odium terminetur ad Deum, nisi quando odium terminatur aversive separando voluntatem à Deo, quod de tali amore, qui realiter est odium non verificatur. Hoc ita explicari potest: Divina Omnipotentia realiter est infinita, et indivisibilis; et cum operatur ad intra terminum infinitum producit, et cum operatur ad extra, et si sit eadem Omnipotentia, terminos finitosque producit. Et ratio est; quia ut producatur terminus infinitus non sufficit, quod virtus infinita concurrat, sed ulterius requiritur, quod se exerceat infinite. Similiter dicendum est, ut objectum sit odio habitum, non sufficit, ut ipsum odium terminetur ut cumque, sed requiritur, quod odium se exerceat ut tale reddens, videlicet, voluntatem aversam.

253 Rejicimus igitur distinctionem virtualem, et sic probatur: Imposibile est, quod de eadem omnino simplici entitate verificentur quæcumque alia prædicata contradictoria: ergo superfluit distinctio virtualis. Probo antecedens: Imposibile est, quod de eadem, et omnino simplici entitate verificentur prædicata esse, et non esse: eo ipso est imposibile, quod de eadem, omninoque simplici entitate verificentur quæcumque alia prædicata contradictoria: ergo. Major est clara, est quippe ipsum principium per se notum: Imposibile est, idem simul esse, et non esse. Probatur minor: Nam contradictoria sunt prædicata esse, et non esse, et quæcumque alia, quæ verè contradictoria suponantur, qualia à Virtualistis suponuntur: sed illa nequeunt verificari

de eadem omninoque simplici entitate: ergo neque hęc, neque quęcumque alia.

CAPUT VI^um.

Argumenta dissolvit.

254 Arguis 1º. Angelus est realiter substantia, et perfectio: sed hęc prędicata distinguuntur virtualiter: ergo. Probatur minor: Prędicatum substantię non suscipit magis, et minus: sed perfectio suscipit magis, et minus, quia perfectio major est in Angelo, quam in homine: ergo. Argumenti concessa majori, nego minorem: Ad probationem respondeo in eodem sensu substantia et perfectio substantialis magis, et minus patiuntur, et abjiciunt. Patiuntur; quia intra lineam substantię perfectior, et perfectior potest inveniri. Abjiciunt: Quatenus neutra intentionis est capax, aut remitionis. Dis

tinctio virtualis intrinseca substantiae a perfectione mirari foret, cum nequeat ab illa, etiam ratione, praescindi, omnis enim substantia est formaliter perfectio.

255. Argues 2º: Similitudo duorum Angelorum ejusdem speciei est ipsorum entitativa perfectio: sed haec similitudo, et haec perfectio contradictoria suscipiunt: ergo. Probatur minor. Illa similitudo est ratio, in qua duo Angeli duobus hominibus non praestant, quia tam similis est homo homini, quam Angelus Angelo intra eamdem speciem: atqui illa perfectio est ratio, in qua duo Angeli duobus hominibus praestant, et praestare et non praestare contradictoria sunt: ergo similitudo, et haec perfectio contradictoria suscipiunt. Argumentum, si termini exponantur, nullum est: excessus, et non excessus, aliud, et aliud quid significat. Non excessus in similitudine est non fundari in Angelo plures conceptus univocos cum altero Angelo, quam in homine, cum alio homine. Ab ordine ad hos conceptus majoritas et minoritas similitudinis est. Angelus cum Angelo, et homo cum homine in specie infima sunt: Individuatione discrepant; ac horum conceptus objectivus excelentior est in Angelis, quam in hominibus; nullam tamen oppositionem affert totidem conceptus fundare, ob tamen conceptuum alia aliis esse meliora.

256. Argues 3º: Licet ens sit realiter verum et bonum, qua verum specificat cognitionem, et non qua bonum, qua bonum amorem specificat, et non qua verum: ergo a parte rei aliqua distinctio, vel ut tales, aut virtualis datur inter verum, et bo-

num. Argumentu nego ans: quia, de sensu formali; et reduplicativo, quod illud ans per se ferr. arguit ad sensum realem.

CAPUT VII.um

De Distinctione Formali Ex Natura Rei, quam Scotistæ astruunt inter Prædicata realiter Identificata.

257 Subtilis Doctor, et Scotistæ omnes Distinctionem quandam formalem meditantur, l, ex natura rei, quæ media sit in Distinctionem realem, et rationis. Distinctio hæc omnem operationem intellectus antecedit, inveniturque in.

rebus ipsis. Dicitur formalis ex natura rei, quia versatur inter formalitates identificatas quae diversis definitionibus definiuntur, et quarum neutra ex se petit identificari cum altera. Hanc Scotus ponit distinctionem inter Essentiam Divinam, et Relationes, et inter Divina attributa; et in creatis inter praedicata quae realiter actualiter identificantur, unum tamen essentialiter non est alterum, nec alterius definitionem ingreditur, v.g. inter Animal et Rationale, inter naturam, et singularitates.

258 Explicant Scotistae suam distinctionem per identitatem, cui oponitur, nam ex parte objecti datur duplex identitas, realis, scilicet, et formalis: ergo et duplex distinctio, realis, videlicet et formalis. Identitas realis est hujus propositionis verificativum, Animal est rationale: Identitas formalis est verificativum hujus: Homo est formaliter Animal: et quia ante operationem Intellectus homo includit in sua ratione quidditativa Animal, et Animal non includit in sua ratione quidditativa Rationale, ideo ante operationem Intellectus, Animal non est formaliter Rationale, et consequenter distinguitur formaliter a Rationali, homo vero identificatur formaliter cum Animali.

259 Justissimus Merinero docet dari inter gradus Methaphisicos, aut formalitates ejusdem objecti distinctionem mediam. 1º: Quia una formalitas excludit a sua ratione expressi aliam; sic animal non est ex

conceptu rationalis, neque è contra. 2º. Quia definitio formalis unius non est definitio formalis alterius. 3º. Quia de Animali fiunt demonstrationes aliquarum proprietatum, quæ demonstrationes de rationali non fiunt: 4º. Quia de Animali verificatur sub reduplicatione, quæ sub reduplicatione non verificatur de rationali. Ecce capita, ex quibus Scotistæ omnes suam distinctionem deducunt.

Sed contra Scotistas Sit

NOSTRA CONCLUSIO.

260. Inter Gradus Metaphysicos non datur Distinctio formalis ex natura rei. Ita omnes Thomistæ cum Ang. Mag. Prob. 1º: Implicat omnis Distinctio actualis realis inter prædicata realiter identificata: Sed distinctio formalis ex natura rei est Distinctio realis actualis: ergo implicat Distinctio formalis ex natura rei inter prædicata realiter identificata. Constat Major ex terminis: Quia realis actualis Distinctio destruit actualem realem Identitatem. Minor probatur: Omnis distinctio actualiter reperta ante operationem Intellectus inter entia absolute realia, est distinctio actualis realis: Sed distinctio formalis ex natura rei actualiter

reperitur ante operationem Intellectus inter entia absolute realia: ergo. Minor probatur: Animal hominis, v.g. est ens absolute, et actualiter reale, et similiter rationale hominis; siquidem utrumque actu realiter existit in homine: sed distinctio formalis ex natura rei versatur actualiter, et independenter ab Intellectu inter Animal hominis, et Rationale hominis: ergo.

261 Scotistae respondent, suam distinctionem non esse realem actualem: quia non requiritur inter duas res, aut entitates; esse autem formalem ex natura rei, quia versatur inter duas formalitates ejusdem entitatis. Si ab Scotistis roges, quid sit res, et quid formalitas independenter ab operatione Intellectus, non facile se expediunt: equidem res sunt, quae actualiter realiter existunt: sed Animal hominis, et Rationale hominis realiter actualiter existunt: ergo sunt res. Dicunt, esse formalitates, quia sunt mutuo inseparabiles: atqui Divinae Personae sunt mutuo inseparabiles, et tamen neutra est formalitas alterius: ergo.

262 Probatur 2°. Ma. Quod ante operationem Intellectus verificat hanc propositionem, Petrus est homo, est vera, et realis identitas Petri, et hominis: ergo quod verificat ante operationem Intellectus hanc veram negationem Animal non est rationale est vera, et realis distinctio Animalis, et rationalis: quia sicut se habet ad identitatem vera affirmatio, ita se habet ad distinctionem vera negatio. Urgetur: verificatio propositionis verae enunciantis praecisionem ante operationem Intellectus arguit distinctionem absolute realem inter

producens, et productum. ergo etiam verificativum propositionis nega-
tivæ veræ ante operationem Intellectus: sed inter extrema rea-
liter identificata nequit dari absoluta, et realis distinctio. ergo neque
verificativum propositionis negativæ.

263 Ex primo Entimemate pendent omnia, ets
antecedens verum est, et à fortiori consequens; quia licet
productio signum sit distinctionis realis, sicut separabilitas,
et productio signa sunt, ex quibus Scotistæ inferunt distinc-
tionem strictè realem, firmius tamen signum est prædictæ
distinctionis verificativum propositionis negativæ veræ; ve-
rificativum quippe arguit distinctionem, et ubi tale veri-
ficativum non datur, datur Identitas, suposita extremorum
existentia, qualiter requiritur. Non ita evenit respectu aliorum
signorum; quia inter Petrum, et equum non datur produc-
tio, et inter Personas Divinas non datur separabilitas,
et tamen in utroque casu datur realis stricta distinctio.

264 Sed ecce Scotistæ respondent. verificativum pro-
positionis negativæ arguere distinctionem strictè realem,
quando subjectum, et prædicatum sunt duæ res, ut Petrus
et Equus. non vero, quando sunt formalitates duæ, ut Animal,
et rationale. Contra est: Verificativum hujus propositionis
Animal hominis, ut Animal hominis, non est Ani-
mal equi, ut Animal equi, arguit strictam distinctio-
nem realem, ut evidens est: ergo verificativum propositionis ne-
gativæ, cujus subjectum, et prædicatum sunt duæ formalita

res arguit strictam distinctionem realem. Sed negat consequentiam Scotista, quia Animal hominis est extra essentiam equi, et ideo Animal hominis et Animal equi stricte distinguuntur realiter; Animal vero, et rationale hominis non sunt extra essentiam hominis, sed sunt ipsa essentia hominis, et ideo distingui nequiunt inter se.

265 Impugnatur solutio: Etiam si materia humana non sit extra essentiam compositi humani realiter distinguitur ab anima rationali: ergo similiter: Quia non obstante identitate materiæ cum composito adhuc ante operationem Intellectus materia non est anima. Sed etiam ante operationem Intellectus Animal juxta Scotistas non est rationale: ergo. Distinguit Scotista hanc minorem: Animal non est formaliter rationale: concedit: non est simpliciter rationale: negat: Contra est. Dicis formaliter, vel alienat distinctionem, vel non? Si non alienat distinctionem: ergo simpliciter Animal non est rationale: ergo. Si alienat distinctionem: ergo absolute non est distinctio: ergo inter Animal, et rationale nequit verificari a parte rei Animal non est rationale.

266 Denique probatur III.a et potissima Scotistarum Impugnatur Solutio: Verificativum propositionis negativæ, cujus subjectum, et prædicatum est res, et res est stricta realis distinctio: sed ita se habet verificativum hujus propositionis. Animal non est rationale: ergo. Major

est ipsorum doctrina: Prob. minor: Quod existit ante operationem Intellectus est res, seu ens reale, licet inseparabile sit ab alio, ut Divinæ relationes, quæ sunt realitates: atqui, iuxta Scotistas, Animal, et rationale existunt ante operationem Intellectus: ergo sunt res, et res. Major quoad 1.am partem probatur: Prædicatum vere existens a parte rei neque est quid chimericum, neque est quid rationis: ergo est reale: ergo est realitas.

CAPUT VIII.um
SCOTISTARUM ARGUMENTA SOLVUNTUR.

261 Argues 1.o Quæ sunt definibilia diversis definitionibus formalibus distinguuntur intrinsece: sed Animal, et rationale ita se habent: quia Animal definitur principium sentiendi, et rationale principium ratiocinandi: ergo. Confirmatur 1.o: homo per Animal est intrinsece a parte

rei similis Bruto, et per rationalitatem non est intrinsecè à parte rei similis Bruto: sed eadem indivisibilis formalitas nequit esse similis, et disimilis, et eidem termino: ergo Animal, et rationale non est eadem indivisibilis formalitas, sed duæ formalitates ex natura rei distinctæ. Confirmatur 2°: Equalitas, et inequalitas nequeunt convenire eidem formalitati: ergo neque similitudo, et disimilitudo: ergo Animali hominis nequit convenire esse simile, et disimile Bruto.

268 Multipliciter retorquetur Argumentum 1°: Quæ definiuntur diversis definitionibus habent entitates diversas: sed quæ habent entitates diversas, distinguuntur realiter strictè, ut pomo, et equus: ergo. 2°: Quæ definiuntur unica definitione identificantur formaliter: sed Animal hominis, et Animal equi unica definitione definiuntur: ergo identificantur formaliter: sed hæc absurda sunt; ergo et antecedens, unde sequuntur. Directe Argumento respondeo Distinguendo antecedens, Quæ sunt definibilia diversis definitionibus adequatis, ut sunt ante operationem Intellectus distinguuntur &; concedo: quæ sunt definibilia diversis definitionibus inadequatis, ut sunt post operationem Intellectus; nego majorem, et consesa minori in hoc secundo sensu, nego illam in primo: Quia aliter Animal, et rationale realiter strictè distinguerentur.

269 Et ratio est: quia Essentia obitiva adequatè explicabilis per unam definitionem ante operationem Inte-

llectus est stricte distincta realiter ab alia essentia objectiva; quę sit adequatè explicabilis per definitionem diversam; ut in homine, et Leone patet. Totius Solutionis fundamentum est; quia ante operationem Intellectus nullum datur Animal, quod non sit Animal singulare, neque rationale aliquod, quod rationale singulare non sit: Et ideo Animal hominis non potest ante operationem Intellectus adequate definiri per esse principium sentiendi, neque rationale per esse principium ratiocinandi: quia sic nullius essentię adequate explicaretur: quippe Animal hominis, non est solum Animal, sed etiam rationale, et similiter rationale est simul Animal.

270. Sed instant: Definitiones Animalis, et rationalis conformantur cum suis objectis, ut sunt à parte rei: sed una definitio non explicat essentiam, quę explicatur per alteram: ergo à parte rei una essentia distinguitur ab alia: sed non stricte realiter: ergo ex natura rei. Confirmatur. Si utraque definitio explicaret totum hominem, quęlibet seorsim eadem esset, ac hęc Animal rationale; quia quęlibet totum hominem definitive explicat: ergo. Retorquetur Instantia, et integro Silogismo apposito subsumo: sed quę à parte rei distinguuntur, realiter stricte distinguuntur: ergo 2.º: Sed una definitio est essentialiter stricte diversa ab alia: ergo essentia explicata per unam essentialiter stricte non est alia.

271 Directe Distinguo Majorem: Conformantur cum suis objectis, ut sunt intrinsece à parte rei, concedo: ut sunt extrinsece dependenter à cognitione præcisiva: nego majorem. Conformantur cum objectis, ut intrinsece sunt à parte rei; quia homo ex parte objecti re ipsa est, quod illæ definitiones significant. Non conformantur cum objectis, ut extrinsece sunt dependenter ab ipsis definitionibus: Quia illæ definitiones exercitè faciunt, quod homo non sit intentionaliter præcisive idem secum ipso, et de hac distinctione præcisiva non habet homo intrinsece à parte rei: sicut cognitio conformatur cum objecto per ipsam repræsentato secundum quod est intrinsecum objecto, non vero secundum extrinsecum, quod habet à cognitione, quia ratione cognitionis est cognitum, et ratione sui non habet intrinsece esse cognitum.

272 Ad Confirmationem Instantiæ nego antecedens: Neque obstat veritas causalis adjectæ: quia hæc definitio principium sentiendi inadequata est respectu hominis, illumque definit per ordinem ad sensationes; hæc autem Animal rationale per ordinem ad sensationes et ratiocinia definit. Unde licet hæc definitio principium sentiendi adequata sit respectu Animalis intensive sumpti, est tamen inadequata respectu Animalis, ut realiter est, quod realiter est homo, qui definitur adequate Animal rationale. Neque obstare potest, quod prædictæ definitiones habeant idem formaliter objectum: quia dependenter à nostro modo præcisivo concipiendi nec homo est intentionaliter idem secum ipso, nec rationale idem intentionaliter cum Animali.

273. Ad primam Confirmationem Argumenti bo

siti numero 267. Respondeo negando majorem: Quia sicut homo per Animal est similis Bruto, ita etiam est similis per rationale; Quia rationale hominis est Animal: sed per Animal est similis: ergo etiam per rationale. Et Nota: Quod homo non est similis, et non similis Bruto; sed partim similis, et partim disimilis Bruto quod longè aliud est. Et ratio est: Quia homo fundamentum prebet, ut cognoscatur per cognitionem qua confundatur cum Bruto, homo enim movetur, sentit, et audit, et Brutum similiter movetur, sentit, et audit, et hoc est fundamentum, ut homo confundatur cum Bruto, consequenterque stat in hoc similitudo.

274 Etiam fundamentum prebet, ut à Bruto discernatur: Quia homo judicat, discurrit, et proprie operatur propter finem, secus vero Brutum; et en fundamentum, ut discernatur à Bruto, et consequenter disimilitudinem. De homine igitur non verificantur propositiones istæ: Est similis Bruto, Non est similis Bruto, quia hæc sunt Contradictoriæ; verificantur tamen istæ, quæ contradictoriæ non sunt: Homo est partim similis, et partim disimilis Bruto. Quare disimilitudo nullatenus est non similitudo, ut Scotistæ volunt. Et ratio est: quia non similitudo excludit omne fundamentum, ut extremum simile confundatur cum alio, cum quo confundi possit, quod de homine non verificatur.

275 Ad 2.am Confirmationem, positam num.o 267.

conseso antecedenti, nego conseq.^{am}: Quia æqualitas, et inæqualitas contradictoria sunt, secus vero similitudo, et disimilitudo. Duorum extremorum æqualitas in eo consistit, quod unum non habeat plus, aut minus, quam aliud, cui æquale est; Ita ut si habeat plus, aut minus jam inæquale erit. Unde de eadem ulna verificari nequeunt propositiones istæ: Hæc ulna non habet plus, aut minus quam alia: Hæc ulna, aut habet plus, aut minus, quam alia; consequenterque æqualitas, et inæqualitas in indivisibili consistit: secus vero similitudo; Hæc enim stat in eo, quod unum habeat, quod alterum habet, sive habeat, sive non habeat amplius, a quo præscindit. Sic Paries albus similis est Petro albo, per hoc præcise quod utrerque habeat albedinem, licet disimilentur in natura. Sic etiam Animal hominis simile est animali equino, quia utrumque est principium sentiendi, et simul disimilia sunt, quia Animal hominis inseparabile est a rationali, et Animal equi a hinnibili.

276, Ad Doctrinæ abundantiam notandum est: Ex eo quod aliqua entitas sit similis alteri, necessario inferri, quod sit etiam disimilis ita probatur: eo ipso quod aliquod sit simile alteri unum ab altero discernitur: ergo unum habet aliquod, quod non habet alterum: ergo sunt in aliquo disimilia. Consequentiæ rectæ sunt. Antecedens probatur: Quia si unum ab altero non distinguitur non erit simile; ed idem, idem autem non est simile sibi: ergo.

Pr.

277 Arguees 2º: Inter hominem, et Animal datur ante operationem Intellectus aliqua identitas intrinseca et objetiva, quæ inter Animal, et rationale hominis non datur: ergo inter Animal, et rationale datur aliqua distinctio intrinseca, et objetiva oposita illi identitati inter hominem, et Animal. Consequentia videtur evidens: quia ubi non datur identitas datur distinctio, quæ oponatur identitati: Probatur antecedens 1º: Quia homo est formaliter Animal rationale, Animal vero non est formaliter rationale: ergo. 2º: hæ propositiones veræ sunt Homo quia est homo est Animal, Homo, in quantum homo est Animal: istæ vero falsæ sunt Animal, quia est Animal est rationale: Animal foro ut Animal est rationale: ergo non quia est Animal est rationale: ergo Animal in sua ratione non dicit rationale: ergo inter hominem, et Animal datur distinctio media.

278 Argumento nego antecedens: Ad primam probationem Distinguo antecedens: quoad 2am partem: Animal vero præsisive sumptum non est formaliter rationale: concedo: Animal vero realiter sumptum non est formaliter rationale: nego antecedens: Quia Animal realiter sumptum homo est; sed homo dicitur formaliter Rationale: ergo Animal realiter sumptum est formaliter Rationale: ergo inter Animal, et Rationale non datur distinctio aliqua, seu carentia identitatis, quæ detur inter hominem et Animal. Ad 2am Probationem Distinguo 2am partem sunt falsæ in sensu formali, et præsisivo; concedo: In sensu reali: nego antecedens. Similiter distinguendum est primum et

secundum consequens, ultima vero conseq.a neganda. In sensu formali falsæ sunt: quia falsum est, q.d ratio essendi Animal sit ratio essendi rationale, Aliter Equus rationalis esset. In sensu vero reali veræ sunt: Quia Animal realiter determinatè est rationale, l, determinate irrationale: Unde Animal, quod est in homine rationale est, et ratio propter quam est Animal, est ratio propter quam est rationale: Quia ratio propter quam est Animal, est, quia est homo: sed homo est rationalis: ergo.

279 Argues 3o: Istæ Propositiones Contradictoriæ sunt Animal est essentialiter rationale, Animal non est essentialiter rationale: sed ante operationem Intellectus una est vera, et altera falsa, et prima vera non est: ergo est secunda. Sed nequit esse vera ante operationem Intellectus si non datur unum, et aliud: ergo Confirmatur: Ante operationem Intellectus diversum est significatum hujus termini Animal à significato hujus termini rationale: ergo distinguuntur ante operationem Intellectus.

280 Præbat Argumentum distinctionem a parte rei realem Directe nego majorem: quia in sensu reali propositiones illæ non sunt Contradictoriæ; equivalent enim his particularibus: Aliquod Animal est essentialiter rationale: Aliquod Animal non est essentialiter rationale, quæ veræ sunt, distinctum quæ est essentialiter subjectum unius à subjecto alterius propositionis. Confirmationi: Distinguo antecedens: Est diversum ina-

dequate: concedo; adequatè: nego. Terminus Animal signifi cat omnia Animalia, in quibus homo est, et Rationale omnia Rationalia, in quibus aliquod Animal est, nempe, homo, et consequenter significatum termini Animal, solum inadequatè distinguitur à significato termini Rationale et è contra.

281 Argues 4º: Quæ sunt principia diversarum proprietatum, et operationum distinguuntur actu à parte rei, sed Animalitas, et Rationalitas sunt in homine ejusmodi principia: ergo. Confirmatur: Cum veritate enunciatur de Animalitate, quod sit principium sensationis, et non ita de Animalitate enunciatur, quod sit principium ratiocinij. 2ª pars antecedentis probatur: Hæc propositio falsa est: Homo prout Animal est principium ratiocinij: ergo. Confirmatur iterum, et Instantia Solutio. Ideo voluntas tam Divina, quam humana entitative sumpta amat Deum, et odio habet quia voluntas humana nequit dari sine Voluntate ad odium habendum: sed Animal, et rationale non ita se habent: ergo. Probatur minor: Animalitas potest esse sine Rationalitate, et è converso. Probo antecedens: Animalitas equi est sine Rationalitate, et Rationalitas Angeli est sine Animalitate: ergo.

282 Ad Argumentum omitto majorem, et nego minorem: quia à parte rei non dantur in homine plura principia ad sensationes, et ratiocinia, sed unicum, et indivisibile principium, quod est ipse homo. Majorem omitto: licet absolute sit falsa, quia Voluntas producit amorem,

et odium, gaudium, et desiderium, quin distinguatur à se ipsa. Et apud Scotistas Substantia producit substantiam, et accidens, quin substantia à se ipsa distinguatur ex natura rei, qua productiva substantiæ, et accidentis: Non ergo infertur diversa causa efficiens ex diversitate effectuum.

283. Confirmationis concessa prima antecedentis parte, distinguo 2.am: Non ita dicitur de Animalitate formaliter sumpta, quod sit &c: concedo: Non dicitur de Animalitate materialiter, et identice: nego ans; Cujus probatio est ipsa Solutio. Nec Argumentum, et Confirmatio probant distinctionem ex natura rei, sed solum distinctionem formalem penes nostros Conceptus: Et sic dicitur, quod Divina Voluntas favet humilibus, et non resistit, et eadem entitative voluntas superbis non favet, et resistit.

284. Ad 2.am Confirmationem concedo majorem, et nego minorem. Ad probationem Distinguo ans: Animalitas potest esse sine rationalitate, et è contra in diversis individuis: concedo: in eodem individuo; nego ans: Animalitas formaliter sumpta, seu dependenter ab operatione Intellectus a rationalitate, et irrationalitate præscindit; At vero ex parte objecti, l, determinate est rationalis, l, determinate Irrationalis, adeoque in uno Individuo unus gradus non est separabilis ab alio.

285. E, nota ad Solutionem cujusdam Instantiæ

rationalitatem Animæ stare in Anima Petri, rationalitatem vero Petri stare in Anima dependenter à sensibus. Ratio est, quia rationalitas, seu vis active discursiva independens à sensibus est gradus Animæ, quæ substantia spiritualis est; At vero rationalitas, seu vis discursiva dependenter a sensibus est differentia hominis, quæ neque in Petro, neque in aliquo Individuo stare potest sine Animalitate.

286 Arguës 5º: Deus cognoscit Angelum plures perfectiones habere, quam homo: ergo in utroque pluralitatem cognoscit perfectionum: sed non cognoscit pluralitatem realem: ergo formalem ex natura rei. Confirmatur 1º. Petrus magis assimilatur alteri homini, quam Angelo; sed hæc major similitudo stare nequit absque pluralitate perfectionum in Angelo comparative ad hominem: Confirmatur 2º. Partes totius actu intrinsecè distinguuntur: sed Animal, et rationale sunt partes totius: ergo. 3º. Actu, et potentia distinguuntur actualiter: sed Animal, et rationale se habent, ut actus, et potentia: ergo. Major patet: Quia Animal est Genus, et rationale Differentia. Major probatur: Actus, et potentia distinguuntur eo modo quo dantur, sed dantur actualiter: ergo.

287 Argumenti nego majorem: Quia Deus solum cognoscit, Angelum esse perfectiorem homine absque ulla inter-

287

fective ex parte cognoscentis. Similiter cognoscit Deus perfectissime, quod Intellectus humanus contendit hominem cum Angelo, qua rationalis est, et quod ab Angelo discernitur, quia Angelus substantia completa spiritualis est. Hoc enim, nil est aliud, nisi Deum cognosceret, quod Intellectus noster praecisive cognoscit, quin Deus prescindat, sicut etiam cognoscit quod homo fallit, et fallitur, quin Deus fallat, aut fallibilis sit. Hujus Solutionis ratio est: Quia in homine, aut Angelo non dantur formalitates a parte rei. Sed solum positivum formalitatum. Hoc positivum est indivisibilis realis entitas, quod ratione nostra prescinditur, et fit intentionaliter multiplex.

288 Ad primam Confirmationem nego minorem: Quia Deus illam majorem similitudinem cognoscit in Angelo, cognoscendo comparative ad Petrum perfectionem majorem, et in Petro comparative ad alterum hominem perfectionem equalem, et majorem comparative ad Brutum. Sicut nos praecisive cognoscimus unam formalitatem formaliter indivisibilem esse perfectiorem altera formaliter divisibili, quin in formalitate indivisibili, pluralitatem agnoscat. Major igitur similitudo inter hominem, et hominem comparative ad Angelum, l, Brutum stat in eo, quod objectum praebeat fundamentum ad plures, l, pauciores cognitiones definitive diversas, l, in ordine ad diversos terminos, ex quibus ex-

quitive cognoscamus unum objectum esse perfectius alte-
ro.

289 Ad 2.am Distinguo Majorem: Partes to-
tius phisici &. concedo: Partes totius Methaphisici: nego:
et Distinguo minorem: Animal, et rationale sunt par-
tes totius phisici: nego: Totius Methaphisici: concedo:
Ad 3.am Distinguo Majorem: Actus, et potentia in
genere phisico distinguuntur actualiter: concedo. in
genere Methaphisico: subdistinguo: Distinguuntur actu-
aliter dependenter a nostris conceptibus: concedo: inde-
pendenter a nostris Conceptibus: Quia solum depen-
denter a nostro modo presisivo concipiendi datur totum
Methaphisicum divisibile in parte, quarum una sit
Genus, seu Potentia, et alia sit actus, seu differentia; Ex
parte vero objecti non datur unum, et aliud, sed una sim-
plex entitas. Solutio patet ex D. Angelico, quia ait:
Genus, et Differentia (in Methaphicisis) non accipitur se-
cundum aliud, et aliud, sed secundum unum, et idem,
quæ tamen differunt secundum considerationem nostram.

290. Argues denique: Quidquid est separabile, et
distinguibile, est actu distinctum: Sed ante operationem
Intellectus Animal et rationale hominis sunt separabilia,
et distinguibilia: ergo Animal, et rationale actualiter distin-
guuntur. Ratio Majoris est: Quia separabilitas id infert
distinctionem in eo genere, in quo est separabilitas. Ratio mi-

neris: Quia ante Intellectus operationem Animal, et Rationale habent capacitatem, ut distinguantur, et separentur, ut ab omnibus concedi videtur. Hujus ulterior ratio est: Quia accedente cognitione Animal, et Rationale distinguuntur et separantur: ergo Animal, et Rationale sunt distinguibilia, et separabilia. Nam ab actu ad potentiam bene valet consequentia, atqui cognitio non tribuit Animali et Rationali separabilitatem et distinguibilitatem: ergo ante operationem Intellectus separabilia, et distinguibilia sunt.

231. Confirmatur: Quando homo cognoscitur cognitione Animal distinguitur actualiter Animal a Rationali: ergo ante cognitionem Animal distinguebatur actualiter a Rationali. Probatur consequentia: Ubi non datur identitas debet dari distinctio opposita identitati: sed Animal ante operationem Intellectus non habet Identitatem oppositam distinctioni actuali; aliter quando cognoscitur, non haberet distinctionem actualem; post cognitionem enim retinet Animal quidquid habebat ante illam: ergo ante operationem Intellectus habent distinctionem actualem Animal, et Rationale.

232. Sed Argumentum et Confirmatio retorquentur sic: Separabilitas infert distinctionem in illo genere, in quo est separabilitas: sed Animal et Rationale ante operationem Intellectus sunt separabilia per rationem: ergo ante cognitionem sunt distincta

actualiter per cognitionem, quod implicatorium est.
7º. Sicut [illegible] et distinguibile ad distinctionem actualem ita identificabile ad identitatem actualem: ergo sicut distinguibile est actu distinctum, ita identificabile est actu identificatum: sed Animal hominis, et Animal Equi ante operationem Intellectus sunt identificabilia Intentionaliter: ergo ante operationem Intellectus sunt Intentionaliter identificata, quod aeque repugnat.
Confirmatio Retorquetur: Ubi non datur Identitas debet dari Distinctio oposita Identitati: sed inter Petrum, et Equum non datur Identitas virtualis realis: ergo datur Distinctio virtuali reali; sed Tali Distinctio virtuali nequit dari, nisi inter realiter identificata: ergo Petrus, et Equus identificantur realiter.

1.

Directe Argumento Respondeo conversa majori, et ejus adjuncta probatione nego minorem, cum probatione prima: Ad ulteriorem probationem nego absolute ans, et reliqua ruunt. Separatio et [illegible] per Intellectum impropria distinctio, et separatio est: Similiter Separabilitas, et Distinguibilitas per rationem, est impropria Separabilitas, et Distinguibilitas, adeoque non est Separabilitas, et Distinguibilitas. E contra Distinctio, et Separatio, Separabilitas, et Distinguibilitas absolute talis veram distinctionem, et separabilitatem signi

ficant.

294. Hinc Major Argumenti, illius que Probatio absolute loquendo veræ sunt; Minor vero et Probationes adjunctæ falsæ sunt: Quia Animal, et rationale ante operationem Intellectus solum separabilia sunt per rationem, et ideo non vere separabilia, sed potius identificata, cum distinctio rationis inter identificata versetur. Si velis claritatis gratia Distingue Majorem: Quidquid est separabile, et distinguibile per rationem est actu distinctum nego. Quidquid est separabile, et distinguibile absolute, et simpliciter separabilitatem in re et in Individuo; concedo Majorem: Minor concedenda est in 1°, et in 2° sensu neganda: Probationes Majoris et minoris possunt applicari similiter. Datur [illegible] [illegible] falsum.

295. At [illegible]

nego consequentiam: Majorem probationis Distinguo: Ubi non datur Identitas debet dari distinctio opposita identitati, sive extrema sint in eadem determinatione [illegible] identitatis, et distinctionis: concedo: [illegible] [illegible] nego [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] debet, [illegible] [illegible]

[illegible] non identificatur cum [illegible]

rationis, [illegible] [illegible] Vel de

[illegible] non datur [illegible] rationis, [illegible]

[illegible] fundamentalis respectu [illegible] [illegible] non

CAPUT IX^um^.

BACHONIS DISTINCTIO PROPONITUR, ET IMPUGNATUR.

[illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] philos, [illegible] [illegible] vallem, non q[uia] sit facta ab Inte[illegible], [illegible] [illegible] [illegible], procedat in obito ex terno, sed quia constituitur per ordinem ad talem obervationem [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] - [illegible] [illegible], quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod cogno[sci]bilitas Animalis non sit cognoscibi[litas] [Rati]onalis.

207 Hanc Distinctionem sic à suis Authoribus explicatam impugno. Vel Distinctio Bachon[ica] potest absolute verificare propositionem hanc; Cognoscibilitas Animalis distinguitur à cognoscibilitate Rationalis, vel non? Si primum: est Distinctio [Scot]ica impugnata superius. Si 2.um: non est vera Distinctio, sed solum fundamentum ad distinctionem, et consequenter à parte rei talis Distinctio non datur. 2.o Vel Distinctio nis Bachonicae potest produci [illegible] [illegible] nominis, sine ratione alii: quae est Phisica, et [illegible] realis Distin[ctio]. Vnis ab Eliseo Garsia expresse concessa, ei consequentia videtur innegabilis.

CAPUT X.um

Argumenta Solvuntur.

298 Argues 1° [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ; ergo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cognitiones ; ergo cognoscibilitas [illegible] [illegible] [illegible] rationalis : ergo distinctio [illegible]. [illegible] [illegible] causa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] effectus [illegible], quicumque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] operationem intellectus cum realis [illegible] [illegible] [illegible] compositae.

299 Argues 2° : Distinctio rationis inter [illegible] [illegible] et rationale [illegible] cum fundamento [illegible] [illegible], sed [illegible] [illegible] esse non potest nisi diversa [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] animalis, et rationalis : ergo. [illegible] consequentia [illegible] [illegible] minorem : In homine v.g. non datur actualis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quae [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

300 Argues [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] comprobera distinctionem. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quae [illegible] [illegible] [illegible] esse quasi [illegible] [illegible] [illegible] a diversis percipiebatur nationibus [illegible] [illegible] quae in extremo iudicio [illegible] probis [illegible] Justis [illegible] [illegible] [illegible] : tepidis incipi[illegible], et [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] in cuius collore ex luce incidente [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] om-

nobis inferunt, quod sicut color colli Columbæ unicus est in esse physico (idem de reliquis exemplis) multiplex in esse objectivo et repræsentabilis, ita entitas hominis in esse physico, multiplex est in esse intentionali.

3. Sed si aliquod probant exempla, etiam probare debent reperiri Distinctionem Baconicam, etiam in facie Christi Domini, in prædicatione Apostolorum, in Iride, et in Columbæ collo: Sic veniunt Baconistæ concedere ipso. Respondeo: Prima esse nola meditatio[illegible] sunt optima, non ad probandam distinctionem Baconicam. Ultimum ad summum probat distinctionem rationis. Sicut enim Columbæ collum indivisibile (demus hoc Baconistis gratis) varietate lucis apparet multiplex, quin in se actualem habeat distinctionem; ita hominis entitas in se indivisibilis apparet multiplex, et repræsentatur a multiplici luce intentionali, cognitione nimirum. Plura prætermittimus, quæ Baconistæ consensu, fundamentum in distinctionem ad summum probant.



Disputatio IIa.

De Distinctione Formali, seu Rationis.

Caput Imum.

Rejicitur Forma aliquorum Thomistarum pro hac Distinctione.

§ 2 D[illegible] [illegible] distinctionem Rationis [illegible] realis [illegible] ultimo constituta supponatur: [illegible] ratione [illegible] [illegible] dicitur formalis, quia [illegible] formalitates in eadem re inveniuntur. Impossibilis [illegible] distinctio absque actu intellectus separantis [illegible] praedicatum ab alio; ceterum ad hanc intentionem [illegible] applicationem [illegible] praedicari debet fundamentum [illegible] unum ex [illegible] [illegible], quod cognoscitur, alterum [illegible] cognitionis. [illegible] parte rei fundamentum est, [illegible] tas praedicatorum, sive perfectionum, quatenus indivisio [illegible] per identitatem [illegible] sua unica entitate [illegible] includit perfectionem plurium a se distinctarum, sive equivalentiam ad eas. Sic in unica entitate hominis datur a parte rei fundamentum ut intellectus separet animal a rationali, quia in eodem homine identificata est

[illegible]

303 V[illegible] nec dat [illegible] [illegible]

304 F[illegible] distinctio fundamentalis, non quia aliqua vera dis-
tinctio sit etiam in linea intentionali; nomen quippe distinctionis
analogice hic usurpatur. Verum fundamentalis oritur ex imper-
fectione Intellectus, impotentis cognoscere unico actu omnes per-
fectiones obiecti: Si enim Intellectus [illegible] sit perfectus, qualis
[illegible] est Divinus, et necessario nos esse unum praedicatum ali-
cujus rei, quin caetera omnia penitus inspiciat, talis Intellectus
impotens est efficere distinctionem formalem; Unde Deus non
valet praescindere.

305 Jam distinctio formalis ita potest explicari: [illegible]
[illegible] formalis, qua unum intentionaliter habet non esse intentio-
naliter id cum quo realiter identificatur. Dividitur 1.o in [illegible]
sive adaequatam, cum scilicet unus conceptus alterum [illegible]
dit, ut accidit in his *Animal*, *rationale*; 2.o in non mutuam, si-
ve inadaequatam, cum unus conceptus non includitur in alio, u[illegible]

tamen [illegible] in illo; ut in [illegible] Deo, Animal. 2.º in [illegible] seu abstractivam, cum unus conceptus ita separatus est ab illo, ut tamen, possit [illegible] contrahi, ac in illo [illegible] [illegible] ut [illegible] intentionaliter separata a quibus speciebus, ut per [illegible] quas possit contrahi; scilicet per has Deo, Homo, Equus.

677 Caeterum eodem modo, et nos dicimus actum verum non exigere conformitatem objecti secum cum per eam constituatur, in quo nullum absurdum est. Nec obstat 2°, quod si veritas logica constituitur per mutuam conformitatem actus cum objecto, objectum etiam denominaretur logice verum, quod quidem dissonat. Non obstat, quia esse logice verum, non est utcumque esse alteri conformi; sed esse conforme alteri per modum imaginis intentionalis, quod non competit objecto, quantumvis conformi cum actu.

678 Nec obstat 3°. quia mensura debeat distingui à mensurato quodcumque sit mensura veritatis logicae: nam objectum non est mensura logicae veritatis adequate jam constitutae: sed veritatis inadequate, scilicet, actus, qui in esse inadequate verus perficitur per ipsam sui mensuram, objectum scilicet. Nec obstat 4°. quod veritas est perfectio actus, omnisque perfectio debeat esse intrinseca, quod non verificatur, si veritas constituatur per conformitatem objecti cum actu, cum talis conformitas extrinseca actui sit. Non obstat, nam veritas inadequata tantum est perfectio actus, et quidem illi intrinseca est; scilicet, confor

mitas sui cum objecto.

619, Nec obstat 5º, quod sicut actus noster vo[illegible] [illegible] per conformitatem cum actione divinae voluntatis, ita actus nostri Intellectus evadens recti, sive veri non per conformitatem cum objecto, sed cum actibus divini Intellectus. Non obstat, nam rectitudo actuum nostrae voluntatis juxta Theologos non formaliter denominatur a conformitate cum actibus Divinae, sed a conformitate cum lege, seu cum dictamine rationis. Nec obstat 6º, quod Deo placet veritas hujus actus peccatum est fugiendum, et objectum illius scilicet peccatum Deo displicet: ergo illius veritas, quae placet, non constituitur per ipsius objectum, quod displicet; nam cum veritas ex duplici re distincta consurgat, una scilicet fuga peccati potest placere alia, peccatum ipsum displicere potest Deo.

620, Nec obstat denique, quod si veritas logica consurgit ex actu, et objecto actus, qui cognoscat falsitatem alterius, evaderet formaliter verus per falsitatem, quod est absurdum, nam tendere in falsitatem absque assensu, non est falli: falsitas enim difformitas est, sed actus alterius ab eo, quo ipse cognoscitur, et cum quo conformatur; nec dissonat, quod difformitas cum uno sit conformitas cum altero.

621 De [illegible] logica [illegible] [illegible] [illegible] consistere [illegible] indivisibili ac proinde nullam [illegible], nem posse esse in ea, aut minus formaliter [illegible]

sam quam altera; formaliter inquam, nam propositio quæ attingat plura objecta, quam alia, hac erit verior, aut alterior materialiter tantum [illegible], modo quæ [illegible] ut propositio major [illegible] quam [illegible]. [illegible] positio item [illegible] veritatis cum necessario exigat conformitatem cum suo objecto, radicaliter erit magis vera, quam propositio de materia contingenti, quæ non necessario exigit hanc conformitatem.

622 Sciendum 2°. propositiones de materia contingenti non exigere necessario conformitatem cum objecto; [illegible] non esse necessario radicaliter veras, aut falsas: nam si [illegible] tibi Petrus scribere hac hora in aula, ego concipio hanc propositionem: Petrus scribit in aula, potest esse falsa, si Petrus, ut potest, forte non scribat; et eadem esset vera, si Petrus scriberet: ergo non exigit illa propositio esse conformem, aut difformem cum suo objecto. Idem dicendum de propositionibus in materia necessaria conceptis tamen ex motivo fallibili.

623 Cæterum de propositionibus evidentibus, et etiam de propositionibus de fide Divina dicendum est eas essentialiter exigere conformitatem cum objecto, atque adeo tam radicaliter quam formaliter esse necessario veras. Sciendum 3°. propositionem non posse esse simul veram, et falsam circa idem objectum; imo nec posse simul esse veram et falsam circa diversa objecta: nam propositio quæ adducitur in exemplum: Petrus legit, et Joannes currit, est una forma-

... formaliter duplex?

624. **S**i 2um non est, inquiro, si 1um; ergo sua contradictoria simul poterit esse vera, et falsa; ergo duplex contradictoria potest esse simul vera et falsa, quod est contra communia principia. Ergo Petrus sedeat, et Joannes non currat, quaeres, utrum illa propositio potius dicenda est vera, quam falsa, cum aeque sit copulativa, ut disjunctiva opposita? Respondeo, dici debere absolute falsam; nam ad falsitatem sufficit disjunctio una, ad veritatem requiritur omnimoda conformitas. Licet tamen ea propositio quoad 1^{am} partem concedi, quoad 2^{am} negari pro majori inter disputantes claritate.

CAPUT III^{um}.

Propositio contingenter vera potest transire in falsam.

625. **C**onclusio titulo praefixa communis est in nostra schola contra paucos: ante probationem illius suppono 1mo quaestionem non procedere de propositione necessario vera. 2um eam

tantum procedere de propositione contingenter vera, contingenter inquam, quoad verificationem, nam quoad existentiam et[iam] propositiones necessario veræ possunt esse, sive existere contingenter. Procedit ergo quæstio de propositione, cui non solum existentia, sed etiam veritas contingens sit. 3um propositionem eamdem perseverare posse in eodem Intellectu per plura Instantia temporis

626 Probatur 1o Dro ex Pho. de Prædicamentis tractatu 2o Cap 1o de Substantia: Eadem enim oratio vera, et falsa esse videtur: veluti si vera sit oratio, sedere quempiam, eo surgente, falsa erit. Quid clarius? Sed dicis 1o Aristoteles agit de oratione permanente: sed oratio vocalis juxta omnes successiva est, et mentalis est permanens. Contra hoc aliud ex eodem Pho ibidem ajente: oratio, et opinio ipsæ immobiles perseverant. Dicis 2o Aristoteles solum docet, quod eadem specifice, non vero numerice oratio est, quæ redditur falsa?

227 Contra: Angelicus Magister 1a p. q. 16a A. 5o ad 3um refellens quamdam opinionem sic argumentatur ab absurdo: sequeretur quod propositio quæ semel est vera esset semper vera, quod est contra Philosophum, qui dicit, quod hæc oratio Sortes sedet, vera est, eo sedente, et eadem falsa est eo surgente. Probatur a ratione: Sedente Petro in Instanti **A**, et surgente in Instanti **B**, propositio Petrus sedet vera est in **A**, et falsa in **B**: ergo eadem propositio potest transire de vera in falsam. Probatur ans: ea propositio in **A** esset conformis et in **B** esset difformis

Obiectio: 3

628 Pro faciliori Argumentorum solutione: Noto, triplex posse considerari objectum propositionis. 1.um objectum significationis, et est illud, quod termini propositionis esse significant in tota sua latitudine: ut termini hujus homo objectum significationis sunt omnes homines, non solum existentes, sed etiam possibiles, praeteriti, et futuri. 2.um Objectum supositionis est illud, pro quo termini suponunt, quod quidem, quandoque latius, aut strictius patet, quam objectum significationis, quae latitudo, aut arctitudo in significando accidit vel, a copula, vel, a praedicato, vel, ab aliquo afixo sincathegorematice, v. g. quamvis homo esse significet homines omnes, in propositione homo currit, ex vi copulae illa amplissima significatio contrahitur ad significandos homines tantum existentes; possibiles namque, praeteriti aut futuri, impossibile est, quod actu currant.

629 Sic item, si termino homo afixeris sincategorema hic amplissima illius significatio contrahitur ad unum determinatum hominem. 3.um Objectum verificationis est illud, quod verificat propositionem, et hoc quidem distingui potest a duplici praecedente, v. g. in hac propositione, Aliquis homo currit objectum significationis sunt omnes homines, quos repraesentat homo: objectum supositionis sunt item omnes, seu verius singulis, pro quibus sub disjunctione suponit sincathegorema aliquis, objectum verificativum erit unus, ac determinatus homo, v. g. Petrus, quo currente verificatur propositio

illa.

630. Hoc tamen non obstat, quominus in aliquibus propositionibus idem sit objectum significationis, suppositionis, et verificationis; v.g. in hac: Omnis homo est Animal, ut consideranti patebit. Propositio ergo juxta omnes nequit mutare objectum significationis, nam quaelibet est essentialis significatio sui objecti, potest tamen etiam juxta omnes mutare objectum verificativum: nam si propositio, aliquis homo currit nunc verificatur, Petro tantum currente, sedente Petro in sequenti Instanti, et in eodem currente Paulo, adhuc erit verum, aliquis homo currit. Potest denique mutare objectum suppositionis, nam suppositio terminorum per adverbium aliquod potest determinari ad supponendum pro uno, et non pro alio; immo ad supponendum successive pro multis v.g. siquis mente figat, et per plures dies conservet propositionem illam Templorum valvis apendi solitam: Oi se saca Anima.

631. Si igitur hodierna, et crastina dies illa quae [illegible] quando [illegible] ea propositio hodie supponit pro praesenti die, [illegible] jam supponit pro altera. In manente eadem propositione variatur ejus suppositio juxta nostram doctrinam, sicut [illegible] suppositionis termini homo sunt omnes, et singuli, qui possunt existere homines; ita objectum significationis horum terminorum: Nunc, modo, tempus praesens, hodie &c. non est determinate [illegible] tempus in quo illi concipiuntur, sed omnia [illegible]

tempora, quæ talibus terminis solum esse præsentia. Unde si ... cur terminus homo per copulam, aut aliud adiunctum contrahitur ad supponendum pro prioribus hominibus, quam quos significat ita prædicati termini, ex consequenti determinantur ad supponendum pro illo instanti pro quo existunt. Tales enim termini non nisi tempore præsenti gaudere possunt in propositione: inde improprie dicitur: Petrus modo cucurrit: Petrus modo loquutus fuit.

632 Cum autem Instantia temporis successiva sint, fit inde, quod propositio affecta aliquo ex prædictis terminis si ominius contexitur in quolibet instanti mutabit obiectum propositionis, modo etiam, et verificationis: nam propositio modo Petrus currit non Petrum, ut cumque currere significat, sed currere in illo instanti, quod ipsi propositioni coexistit, et cum Instans continuo varietur, illico etiam variatur obiectum, quod propositionem illam verificat, si vero in 2.° instanti continuetur cursus, continuatur etiam veritas propositionis; si vero cursus desinat, deficit veritas, et succedit falsitas pro illo instanti. Prælata hac doctrina facilior, et brevior erit Solutio Argumentorum.

CAPUT IV.um

Argumenta.

633. Primum: Utrum propositio *Petrus nunc currit* affirmet cursum Petri existere pro omnibus Instantibus, quibus ipsa existit, vel pro aliquo tantum? Si 1um: Propositio semper est falsa (si supponitur Petrum currere in Instanti A, et non currere in B) si 2um: semper est vera, nam semel ac Petrum currere in A verificatur jam per cursum Petri; correspondetque illi propositioni pro aliquo Instanti. Confirmatur 1°: Si Petrus currat in Instanti A, semper ac propositio affirmet cursum Petri in A, vera erit: sed propositio *Petrus nunc currit* concepta in A etiam si duret, et Petrus non currat in B, adhuc affirmat in B cursum Petri in A: ergo talis propositio nequit transire de vera in falsam.

634. Probatur 1°. Adverbium *nunc* illius propositionis 1° conceptae in A, significat illud determinatum Instans A; sed si quando 1° concipitur illa propositio terminus *nunc* significat determinatum Instans A, hoc quidem Instans significavit in B: ergo semper illa propositio affirmat cursum Petri in A. Minor patet: nam significatio terminorum est ipsis intrinseca. Confirmatur 2°: eundem determinatum hominem, quem significat, et pro quo supponit terminus Petrus in A, significat, et pro eo supponit in B: ergo similiter idem Instans temporis, quod significat, et pro quo supponit terminus *nunc* in A significat etiam, et pro eo supponit in B: atqui in A significat idem Instans A, et pro eo ibi supponit: ergo idem significat, et pro eo supponit in B: ergo quamvis Petrus non currat in B, verum est etiam in B dicere Petrum nunc currit: ergo haec propositio manet vera in B: ergo non transit de vera in falsam.

635 Hoc est potissimum Contrariorum Argumentum. Respondeo propositionem illam affirmare curssum Petri pro omnibus Instantibus, quibus ipsa existit actu; non ita tamen, ut in quolibet Instanti affirmet cursum pro Instantibus praeteritis, aut futuris, quibus iam exstitit, aut extitura: Unde distinguo 1.am partem Disiunctionis: affirmat cursum pro omnibus Instantibus, quibus actu existit eadem propositio: concedo: pro omnibus, quibus iam ea extitit aut extitura est: subdistinguo: dum ea actu existit in his instantibus: concedo: dum iam in illis extitit, aut nondum existit: nego.

636. Aliter respondeo: propositionem eam affirmare cursum non pro omnibus Instantibus, sed tantum pro aliquo, verum pro aliquo non utcunque, sed determinate pro aliquo, quod praesens illi sit. Unde Distinguo 2.am partem Disiunctionis: affirmat cursum pro aliquo, utcunque Instanti: nego: pro aliquo, quod ipsi sit praesens: concedo: Ad 1.am Confirmationem nego maiorem, et minorem probationis: nam terminus nunc ex se significat aliquod Instans sibi praesens: Instans vero A iam non potest esse praesens in B, nec in reliquis: implicat enim, quod existentia, et complicentur Instantia temporis. Verum est quod terminus nunc ex se non determinat aliquod ex plurimis Instantibus futuris, quae ipsi possunt esse praesentia: Caeterum, per verbum de praesenti trahit determinatur ad supponendum pro illo determinate actu, cui existit.

637 Ad rationem probativam minoris...

significationem esse intrinsecam termino, terminusque nunc suam semper conservaret invariatam; Non ita tamen discurrendum est de ejus suppositione, quæ, ut supra ostensum est variari potest, et variatur quidem respectu illius termini in quolibet Instanti, ut verbi de præsenti currit: nam vi hujus tantum supponit pro Instanti de novo præsenti: ut vero propositio vera sit, prædicatum non de objecto significationis, sed de objecto suppositionis verificari debet, sicut videre est in hac: *Aliquis homo est Pontifex*, quæ non verificatur de omni, quod significat, sed de eo tantum, pro quo in ea supponit terminus homo. Igitur in Propositione nostri casus, cum in quolibet Instanti varietur objectum suppositionis, variari etiam debet objectum verificationis, quod si etiam conformetur cum propositione, hæc permanebit vera, si vero difforme sit reddetur falsa.

638 Ad 2.am Confirmationem, concesso antecedenti, nego consequentiam. Disparitas est, quod terminus Petrus, cum unum determinatum hominem significet, nequit variare suppositionem, neque vi verbi, nec ullius adjacentis; Terminus quippe homo non admittit magis terminum determinatus concipitur ad aliquam singularitatem; Terminus autem nunc ex se significat omnia, et singula Instantia temporis, quæ possunt esse ipsi præsentia; Unde vi verbi modo potest supponere pro uno Instanti, postmodum pro alio.

639 Dicunt Adversarii, propositionem illam *Petrus*

nunc currit in A enunciare quidem tempus præsens, ut in B, et in reliquis jam enunciare tempus præteritum. Unde semper vera est, nam propositiones nostri Intellectus absolvuntur à tempore hoc est, significant non involventes tempus aliquod; dicuntur que de præsenti, si objectum sit præsens; de præterito, si præteritum, rebus invariatis manentibus, modo quo eadem omnino est scientia, qua Deus modo cognoscit Adamum præteritum, ac ea, qua illum cognovit futurum, aut præsentem.

61. Cæterum, posito hujus admirabilis perfectionis divinæ scientiæ in Intellectu creato, aliquibus videtur absona, et contrariam menti Sanctorum Patrum. Deinde ex hac temporis absolutione Nostrarum propositionum multa, et visibilia decucuntur absurda. 1.um : quia qui vidit Petrum currere, et modo vidit sedentem, nescit, utrum hic, et nunc sedeat, an currat? 2.um : quia hæc propositio Judas nunc est Sanctus, et hæc Divus Petrus nunc peccat, modo veræ sunt. 3.um : quia hæ propositiones contradictoriæ: Divus Petrus nunc peccat, nunc non peccat; veræ simul sunt: vera negativa, ut per se patet, vera affirmativa, quia aliquando fuit vera, et nequit transire in falsam, eo, quod semper significet objectum in illo Instanti, in quo secum conformabatur.

62. Secundum Argumentum: Terminus nunc significat Instans præsens; sed unum tantum Instans est existens: quia non potest significare plura Instantia: quia illud Ins-

tans quod 1.um significat, semper significat. Confirmatur: terminus *nunc* significat Instans presens, ut contradistinctum ab omnibus futuris: sed solum unum Instans est contradistinctum ab omnibus futuris: ergo. Distinguo Maj: significat in abstracto Instans presens: concedo: significat in individuo: nego majorem: et distinguo minorem: sed unum tantum Instans est presens, et alia Instantia possunt esse successive presentia: concedo: et alia Instantia nequeunt successive esse presentia; nego minorem, et consequentiam.

612 Ad Confirmationem distinguo majorem: terminus *nunc* significat Instans presens, ut formaliter contradistinctum a futuris: concedo: ut realiter distinctum: nego majorem, et distincta similiter minori, nego consequentiam. Idem Instans modo presens erat antea futurum; inde Instans presens, et futurum non distinguuntur realiter, sed formaliter. Terminus ergo nunc significat omnia Instantia futura penes formalitates, quæ possunt esse presentia.

613 Tertium Argumentum: Petro currente in A, potest Deus revelare Paulo hanc veritatem: Petrus nunc currit, et Paulus in eodem A potest assentiri illi revelationi concipiendo hanc propositionem: Petrus nunc currit, quam conservare potest in B: modo sic: sed in B illa propositio non redderetur falsa: ergo. Probatur minor: illa propositio adhuc in B est actus fidei Divinæ innixus testimonio Dei, ac proinde essentialiter verus; ergo. Confirmatur: hæc propositio (sicut, et plures aliæ)

Sacræ Paginæ, Virgo concipiet et pariet modo [illegible] [illegible]
esset vera si Verbum concipiet pariet consignificaret [illegible]
futurum quod sonat; ergo licet propositio Petrus [illegible] [illegible]
conservata in B videatur sonare [illegible] modo præsens no[n]
id [illegible] [illegible], quod præsens antea fuit scilicet A perfe-
rita est. Admissa hypotesi concedo totum Argumentum.
nego tamen consequentiam [illegible] extendatur ad propositio-
ne, quæ Fidei Divinæ non [illegible] enim Deus revelans illam
veritatem revelaret etiam tempus, in quo existit cursus
Petri, modo [illegible] [illegible] per participi-
um [illegible] [illegible] pro eo tantum supponeret nec potest suppo-
nere pro Instantibus sequentibus, quæ possunt esse præsentia
successive, haberetque propositio hunc sensum. Cursus Pe-
tri, qui existit in Instanti A, qui sensus verus etiam est.

611. Quod quidem fit [illegible] Verbo per amplia-
tionem non per [illegible] [illegible] sumi debet in propositione
allata in Confirmatione, et in alijs Sacræ Paginæ, quarum
verbum debet supponere ampliative. Concludo: quod similes pro-
positiones non possunt durare nisi in iis Instantibus, quibus
[illegible] objectis conformantur (non quidem essentialiter veræ) [illegible]
[illegible] [illegible] objectis [illegible] etiam [illegible]
[illegible] propositio [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] non [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]

CAPUT VII

Propositio de futuro contingenti est determinate vera, aut determinate falsa.

645 Propositiones de futuro necessarias, v.g. cras Sol erit, habere determinatam veritatem, aut falsitatem nemo dubitat. De futuris vero contingentibus, non liberis, v.g. cras pluet, [illegible] v.g. Petrus peccabit negavit Aristoteles 1°. Perihermenias cap. 9. Item Cicero, aliique Ethnici ea ducti ratione quod si hodie esset determinate verum, Petrum cras peccabit, necessarium esset, et non liberum, quod Petrus cras peccet. Contrarium Catholici omnes in Ecclesiae conclusione, licet dissidio magno eam explicent Theologi. Nos, quod est Philosophicum breviter tradimus.

646 Probatur 1a. pars circa futura contingentia

etiam altera de una ex duabus praedicata contradictoria, v. g.

Petrus peccavit, Petrus non peccavit: sed duae contradictoriae

non possunt esse simul verae, aut falsae: ergo aliqua ex illis pro-

positionibus de futuro contingenti etiam libero modo deter-

minato vera est, et alia determinato modo falsa, quamvis

nobis non constet, quae earum sit vera, et quae falsa. Con-

firmatur 1°: Propositio affirmans aut negans obiectum, si-

cut est tempore importato per copulam determinate est

vera, aut determinate falsa: sed propositio Petrus pecca-

bit affirmat, aut negat obiectum sicut est tempore importa-

to per copulam: ergo est, aut determinate vera, aut deter-

minate falsa.

657 Confirmatur 2°: Propositiones Divinae de futuris con-

tingentibus etiam liberis sunt determinate verae: ergo et propositio-

nes nostrae circa eadem futura. Ans patet, et consequentia im-

plicat, quod de duabus propositionibus affirmantibus unum et idem de

eodem obiecto, una sit determinate vera et alia non: ergo Deus

Deus habens hanc propositionem Petrus peccabit, certissime

scit Petrum peccaturum, et ideo propositio illa Divina

determinate vera est: at si ego habeam propositionem

eamdem, cum mihi modo nesciam, utrum sit Petrus pecca-

turus, talis mea propositio non est determinate vera. Con-

tra est: aliud est, propositionem esse veram, aut falsam

determinate in se, et aliud quod mihi innotescat, ut talis.

658 Prob. Dicendum, quod propositio actu-

vel deformetur aut sit difformis cum suo objecto, in quo quidem consistit veritas, et falsitas Logica, quin talis conformitas, aut difformitas innotescat alicui intellectui creato, sicut patet, quod Imago sit conformis Caesari, quin actu repraesentet Caesarem, similiter, quia eventus futuros nescimus, impares sumus discernere veritatem determinatam, aut falsitatem propositionum de futuro, sive Intentionalem conformitatem, aut difformitatem earum cum objecto.

629 Argumentum 1.um 57. Iuxta Aristotelem 1.o Perihiermenias Cap. 6.o et Doctorem Angelicum lec. 13.a: ex propositionibus Contradictoriis de futuro nulla habet determinatam veritatem, aut falsitatem: ergo. Distinguo antecedens: nulla habet ampliative, et denominative determinatam etc.: nego: nulla habet, per se, sive tempore praesenti importato per copulam determinatam etc.: subdistinguo: determinatam inadequatam etc.: nego antecedens: determinatam adequatam veritatem: concedo: Veritas Logica est conformitas propositionis cum objecto, sed conformitas duo dicit propositionem ipsam, et objectum.

630 Propositio de praesenti utrumque dicit de praesenti; at propositio de futuro (idem est de praeterito) solum dicit de praesenti ipsam propositionem, minimeque dicit de praesenti objectum: Unde in his propositionibus non est de praesenti adequate conformitas, cum solum de praesenti detur propositio; et non detur de praesenti objectum futurum, quod de praes

[illegible] est à parte rei; futurum enim est entitas, quæ actu est, sed fuerit. At vero verbum de presenti significat conformitati-batur de presenti conformitas adequata propositionis de futuro cum suo obito. Ad veritatem logicam sufficit hæc conformitas denominative adequata, et non requiritur illa prior magis perfecta.

651 A[illegible] ex contingenti est indifferens ut sit determinate vera, aut determinate falsa: ergo neutra potest determinari vera, aut falsa. [illegible] sententia [illegible] determinatam veritatem propositionibus de futuro contingenti. [illegible] est indifferens, non potest determinari, ut actu sit determinate verum, nisi per aliquod, quod actu detur: sed nihil actu datur: quo possit determinari, ut actu sit vera: ergo. [illegible] minor: Si aliquod daretur, maxime esset futuritio ipsius eventus: sed hæc actu non datur: nam futuritio [illegible] nihil est de presenti à parte rei [illegible]: ergo. Distinguo maj: [illegible] per exclusionem [illegible] objective indifferens [illegible]: concedo: est [illegible] positive indifferens [illegible] majorem, et consequentiam.

652 E[illegible] Distinguo majorem propositionis: ut ejus indifferens, non potest determinari [illegible] per aliquod, quod actu detur; [illegible] sive moraliter et determinative: concedo: quod actu [illegible] possit vera [illegible] majorem, et distincta similiter minori nego [illegible]

[illegible] quam maneret in peccatis: dico ... actu [illegible] non daretur: concedo: non [illegible] moraliter, et denominative: nego [illegible]. Propositio contingens antequam existat, et objective considerata indifferens est, ut conformetur aut non conformetur cum suo objecto; sed a parte rei nunquam existit ulla propositio, cujus indifferentia non sit determinata per actualem sive veritatem, sive falsitatem. Ipsa autem indifferentia tolli debet per aliquod, quod actu [illegible] physice detur, ut accidit in propositionibus de praesenti, [illegible] altem moraliter, et denominative, ut accidit in propositionibus de futuro, et praeterito, quia non objectum in ordine ad verificandam propositionem et eam veram denominandam sumatur, quasi praesens.

653 Arguitur [illegible] Praemissa hac doctrina peccatum Petri non est [illegible] liberum. Probatur: praemissa hac doctrina antequam peccet Petrus infallibiliter certum est, quod Petrus peccavit, nam pro illo priori est determinate vera propositio Petrus peccavit: ergo jam Petrus nequit non peccare: ergo non [illegible] est liberum peccatum. Nego assumptum, et distinguo antecedens: praemissa hac doctrina antequam Petrus peccet prioritate temporis infallibiliter certum est, concedo: antequam peccet prioritate naturae infallibiliter certum est, nego antecedens et consequentiam.

654 Igitur Peccatum futurum Petri, supponit, quod Petrus libere sit determinaturus ad illud: unde prioritate temporis certum est, antequam Petrus peccet, quod peccabit: nullo autem modo certum est prioritate naturae, quia non ideo peccabit Petrus, quia Peccatum ejus erat futurum antequam peccet, sed e contra, ideo Peccatum est futurum, quia peccabit. ubi vides futuritionem Peccati esse effectum, non causam peccati ipsius; et ordine naturae, sive causalitatis non est certa futuritio peccati, ante peccatum, licet tempore praecedat. illa autem praecedentia sola temporis nil nocere quit. Caeterum de hoc agant Theologi.

CAPUT VII
De Simultanea Veritate, et Falsitate.

655 Inquiritur utrum in eodem Intellectu possit dari simul duplex judicium, aliud affirmativum, negativum aliud ejusdem formaliter objecti? aliis terminis: Num possit conjungi simul in eodem Intellectu assensus et dissensus

ejusdem formaliter objecti: Hoc non posse fieri naturaliter et absque miraculo concedimus omnes. Caeterum Lince docet posse fieri Divinitus, et miraculose; ut in eodem Intellectu conjungatur simul veritas, et falsitas formalis, sive duplex judicium, affirmativum unum, negativum alterum circa idem objectum.

656 Nos vero negamus id, quod Divinitus fieri posse cum communi Phia. Probari poterat sequenti. Phi 1.° Metnap. Perspicuum est, fieri non posse ut idem simul rem eamdem et esse, et non esse existimet. Sed hoc de impossibilitate tantum naturali interpretantur Contrarij. 2.° à ratione nec Divinitus fieri potest, ut Intellectus assentiatur falso, ut falso: sed Intellectus, in quo conjungeretur assensus, et dissensus ejusdem formaliter objecti assentiretur falso, ut falso: ergo non potest fieri Divinitus &c. Majorem confirmat Sanctitas Voluntatis, quae juxta omnes Phos, si Nominales demas, nec divinitus potest amare malum, ut malum.

657 Probatur minor Intellectus per dissensum fit certior de falsitate objecti: sed in casu hypothesis, per simultaneum assensum assentiretur eidem objecto, de cujus falsitate certus fuit per dissensum: ergo. Nec dicas, hoc verum esse, quando ad judicium praecedit apprehensio qua cognoscatur veritas aut falsitas, sicut naturaliter accidit: at si assensus, vel dissensus ejusdem objecti ...

rentia Divinitus v.g. ... tali xonerentia ... ... assentiretur quidem ... non tamen ... ... non ... cognitum, ut tale. Contra est: Etiam in hoc casu cognosceretur objectum ut falsum; si non per aprehensionem ... saltem per aprehensiones ipsas, ex quibus componitur judicium.

658. Contra versus: Si judicium ipsum non exigat intellectum de veritate, aut falsitate objecti, nihil obesse poterit ut idem judicium simul sit assensus, et dissensus ejusdem objecti, quod non admitit adversarius. Et hinc confirmatur IIº: Si intellectus per duplicem actum posset simul asentire, et disentire eidem objecto, idem posset per unicum actum: sed hoc 2um nec Divinitus fieri potest: ergo. Negat majorem ... quam immerito concedit ... Nam quae major difficultas datur in asentiendo, et disentiendo simul locutioni Petri v.g. per duplicem actum, quam per simplicem? Praeterea ex duplici illo judicio afirmativo, et negativo ejusdem objecti, tamquam ex premissis potest fieri discursus ad conclusionem simplicem quae, ut talis debet continere veritatem, et falsitatem premissarum, v.g.: sic: Petrus loquitur: sed Petrus non loquitur: ergo Petrus loquitur, et non loquitur.

659. Pravum argumentum: Potest intellectus asentiri objecto, quod aprehendit falsum: ergo et potest asentiri objecto quod judicat falsum. Probatur antecedens a contrario: Potest intellectus disenti-

ri objto, quòd apprehendit verum: ergo Dr. ans: Oculi vident, et Intellectus apprehendit esse obliquam virgam aquis immersam, et tamen Intellectus disentit huic apprehentioni obliquitatis, et judicat virgam esse in se rectam, at cum hoc accidat naturaliter, cur non accidere potest etiam naturaliter, quòd Intellectus simul asentiatur, et disentiatur objto, ut l. Contrarij fatentur. Nego ans, et ejus probationem, nego item, quod Intellectus aprehendat obliquitatem, quantumvis oculi decepti eam proponant. Si vero aliquis ineptus Iº videat, aprehendet utique, et forsan judicabit etiam obliquitatem. Solus vero videt obliquitatem, sed aprehendit rectitudinem.

660 Secundum Argumentum: Asensus, et Disensus, sunt duæ formæ positivæ, sicut calor, et frigus: sed duæ formæ positivæ, quantumvis proponantur contrarietate naturali, possunt Divinitus conjungi in eodem subjto: ergo. Confirmatur Iº. Ideo supositione disensus non potest supervenire assensus, quia illo positto deficit motivum ad assensum: sed Deus potest suplere huic defectum motivi: ergo. 2º: Habeat quis asensum tantum privativum de aliquo objto, et in eodem Instanti infundat illi Deus aprehentionem evidentem de falsitate objecti: atqui ille in eodem Instanti, in quo probabiliter asentitur, disentiret per illam infusam evidentiam: ergo. 3º Non repugnat, quòd asensus, et disensus simul conjungantur in eodem Intellectu: nam hæc conjunctio non infert contradictionem: sed juxta Phos, simul, ac Theologos Deus de potentia absoluta potest facere, quidquid non

infert contradictionem.

661. Ad 2um. Distinguo majorem: sunt duæ formæ formaliter positivè contradictoriæ: concedo: positivè tam formaliter, quam equivalenter: nego majorem, et minorem sub eadem distinctione. Licet asensus, et disensus sint duo juditia positiva, et inter formas positivas nequeat dari contradictio, hæc tamen sequitur ex conjunctione asensus, et disensus: ille afirmat rem esse; hic rem non esse; esse autem, et non esse contradictoria sunt, quæ nec dari possunt, nec illis potest intellectus simul asentire: quia vero hæc contradictio sequitur ex illis formis positivis, istæ dicuntur equivalenter contradictoriæ: et propter hanc rationem nego minorem 1æ, et minorem 2æ confirmationis: Si Deus suppleret defectum motivi, aut infunderet aprehentionem de falsitate in sensu composito asensus sequeretur, quod Intellectus judicaret rem simul esse, et non esse; quod est contradictorium, Deus autem non solum est impotens ad ponenda contradictoria, sed etiam ad ponendum id, de quo necessario resultat contradictoria.

662. Tertium Argumentum: Potest Intellectus judicare utrumque contradictorium esse simul probabile; ergo et judicare utrumque simul esse, et non esse. Confirmatur 1º: potest Intellectus aprehendere simul duo contradictoria; ergo de iisdem potest simul habere asensum: 2º. Non minus

obvenntur tristitia, et gaudium, quam asensus, et disensus: sed illa Divinitus conjuncta fuerunt in Anima Xpti.

663 Dico V. Exempla Argumenti, et Confirmationis probant asensum, et disensum conjungi posse naturaliter, quod et negant Contrarij. Nego utramque consequentiam, consesis antecedentibus: Judicium de utriusque Contradictorij probabilitate non est judicium de eorum coexistentia, sed de uniuscujusque probabilitate ad existendum seorsim unum ab alio. Aprehentio item duplicis contradictorij minime infert ejus coexistentiam, sicut inferre probatum est duplex contradictorium judicium. Ad 2um. Respondeo cum N. Angco. 3a. pe. Qe. 46a. Ao. 8o. Nec Xptum Dominum potuisse habere simul Gaudium, et Tristitiam de eodem formaliter objecto, habuit gaudium de summo bono, et summam tristitiam de flagitijs. Unde paritas pro nobis est.

CONTROVERSIA IV.a

De Attinentibus ad Discursum.

664 Multa doctrinaliter de Silogismo in Summulis

dabimus, ubi etiam Regulas pro constructione Sillogismi tradidimus, et demonstrabimus; Supersunt aliquot Disputationes, tum de Sillogismo in Genere, tum de Demonstratione, ac Topico in specie, sive etiam de Scientia, et Opinione pro complemento Logicæ adhuc pertractante, quia hac ultima Controversia succinte pertractabimus.

Disputatio Iª.

De Discursu in Genere

Caput Ium.

Dubia de Discursu, et de Præmisis.

663 **D**ubitatur 1º. Quid sit Discursus? Respondeo cum communi ex Aristotele Progressio Intellectus ad unam enunciationem ex determinatione alterius per habitum. Diciturque Discursus hæc 3ª. mentis operatio per similitudinem ad Motum localem progressivum, quo ex uno in alium locum discurrimus: Quia vero talis motus localis essentialiter dicit terminum a quo, et terminum ad quem, Unde iuxta communionem sententiam Discursus mentalis

sitis, et præmisas, ut terminum à quo, et Conclusionem ut terminum ad quem, ex quibus resultat tota essentia Discursus, quamvis denominative, et pro famosiori sola Conclusio communiter dicitur Discursus.

666 Conclusio item potest esse, aut scientia, aut opinio, aut fides juxta naturam præmissarum, ut postea fusius explicabitur. Dubitatur 2º. An ad Discursum requiratur duplex præmissa? Respondeo; unam sufficere, ut accidit in Enthimemate, quod perfectius Discursus est. Dubitatur 3º: Quomodo præmissæ causent Conclusionem? Dubium supponit ex S. Ag. 1ª. p. q. 14. A. 3º., Sillogismum non esse agregatum accidentarium cognitionum sese forte succedentium, ut accidit, quando ex cognitione Petri convertimur ad cognoscendum quodvis aliud, sed esse agregatum, ut ait S. Dor., per causalitatem, qua una cognitio oritur ex alia.

667. De hac causalitate dubitatur: An phisica sit, an tantum illuminativa, directiva, et moralis? An præmissæ simul cum Intellectu causent Conclusionem, modo, quo calor simul cum igne causat alium calorem, an solum causet illuminando Intellectum, ut eliciat Conclusionem; modo quo Regulæ artis illuminant mentem Artificis et causare dicuntur artefacta? 1um. docetur ab aliquibus, 2um. a reliquis, et hoc quidem verius; 1º: quia præmissæ, et conclusio sunt actus vitales nostri Intellectus, nullusque actus vitalis potest causare alium similem. 2º: quia præmissæ

sunt id, quo Intellectus aproximatur motivo intentionali, idest, identitate extremorum, ut causet Conclusionem, et est inauditum, quod aproximatio causet ignem ad comburendum, simulque cum igne, efficiat phisice combustionem.

668 N[illegible] obes[illegible] ius in 1.um [illegible] Propositiones Silogismi ponuntur in genere causæ efficientis, causæ [illegible] moralis: et illuminativa pertinere dicitur ad Genus causæ efficientis non univoce, sed Analogice, et per similitudinem: sicut enim causa efficiens dat esse effectui illum producendo, ita causa moralis dat illi esse illuminando, et dirigendo ad illum. Dubitatur 2º. An præmissæ necessitent Intellectum ad Conclusionem? hoc est: An positis in Intellectu præmissis, quibus Intellectus asentitur, necessario debeat inferre Conclusionem, quin possit se suspendere ab ea asentienda? Illum non posse inferre in tali casu Conclusionem contrariam præmissis certum est apud omnes, et hoc dicitur necessitari quoad speciem.

669 Utrum vero Intellectus teneatur statim ac asentitur præmissis necessario elicere conclusionem illis consentaneam, affirmant plerique ex omni Schola, pro certo si præmissæ sint evidentes (et hoc dicitur Intellectum necessitari quoad exercitium) quamvis alii [illegible] si præmissæ sint tantum probabiles. Antequam [illegible] duplicem [illegible] casum.

670. Primum: quando Intellectus non penetrat [illegible] terminos praemissarum. 2um: quando habitis praemissis, tunc oritur apprehensio vividior de eo, quod ab objecto separata: nam in 1o. Intellectus certo non est [illegible] conclusionem: In 2o. quasi violenter distrahitur a Conclusione elicienda et ad alia judicanda avehitur: necessitabitur tamen tunc etiam quoad consentiam. Extra hos casus vero, Intellectus necessitatur quoad exercitium conclusionis; sive praemissae sint evidentes, sive tantum probabiles.

671. Probatur: Quando utique potentiae necessariae proponitur objectum modo sufficienti, ut in illud feratur, necessario fertur: sed per praemissas, sive evidentes sive probabiles proponitur Intellectui, qui est potentia necessaria identitas extremorum modo sufficienti, ut feratur judicando per Conclusionem in talem Identitatem: ergo necessario fertur. Major est firma inductione omnium potentiarum necessariarum, v.g. visus, qui proposito objecto lucido et colorato nequit non ferri visione in illud. Minor patet; et in primis, quod Intellectus sit potentia necessaria nemo negat. Deinde certum est identitatem extremorum evidenter proponi Intellectui per praemissas evidentes, et idem per probabiles; quamvis in his non contineatur certo talis Identitas, sed solum probabiliter, simul ac Intellectus in praemissis per assensum tali identitati inclinavit, necessario illam debet amplecti in Conclusione.

672 Primum Argumentum: Intellectus est potentia subordinata voluntati; sed omnis potentia subordinata voluntati, v.g. locomotiva non necessario producit suum actum: ergo. Distinguo majorem: Intellectus est potentia subordinata voluntati in evidentibus: nego: in probabilibus: subdistinguo: In probabilibus premisis: concedo: in Conclusione illata ex probabilibus: nego majorem, et concesa minori, nego consequentiam. Intellectus necessario fertur tum in premissas, tum in Conclusionem evidentem, et ad hoc indiget imperio voluntatis.

673. Indiget tamen ad asentiendum premisis probabilibus, et in hac parte est potentia subdita voluntati, Caeterum non indiget novo imperio ad assentiendum Conclusioni, cum per imperium voluntatis jam est asentitus premisis, tunc enim necessario asentitur, sicut ipsa Voluntas posita intentione eficasi finis, non ponit aliam Intentionem eficasem mediorum, sed statim amplectitur media, hoc non cadit potentie locomotive, que undequaque subdita voluntati.

674 Secundum Argumentum: Nulla finita Bonitas necessario rapit amorem voluntatis: ergo nulla finita Veritas necessario rapit assensum Intellectus. Confirmatur: licet Intellectus necessario fertur in Conclusione quia ejus objectum connectitur cum objecto premisarum; quia [illegible] includitur in hoc: sed [illegible] ratio non probatur.

P.^r min.^o Petrus connectitur cum Deo, veritas unius co[n]tradictorij connectitur cum falsitate alterius, amaritudo includitur in potione: et tamen ex cognitione Petri non necessitatur intellectus ad expresse cognoscendum Deo; nec ex assensu unius contradictorij ad expresse assentiendum alteri. Nec voluntas ex amore potionis medicæ amaræ ad amandam amaritudinem: ergo.

675 Concesso antecedenti nego consequentiam: eo quod Voluntas sit potentia libera, Intellectus vero necessaria. Ad Confirmationem nego mai: Ratio nostræ Conclusionis non est cognitione, aut Intellectione consequentis cum præmissis solum desumitur: sed ex eo quod sive connexio, sive inclusio proponit Intellectui in præmissis evidem aprehentionem de objecto consequentis: Qua aprehentione posita Intellectus, ut potentia necessaria necessario fertur in illud. Exempla non nocent: Nam vel illa objecta inclusa, aut connexa proponuntur Intellectui modo sufficienti, vel non? Si 1.um idem dicimus: Necessarium est, ut Intellectus in ea feratur: si 2.um: (et hoc est, quod regulariter accidit) non est mirum, quod in ea non feratur. Eodem ferme modo discurrendum est de amaritudinis potione, respectu voluntatis.

676 Tertium Argumentum contra necessitatem Conclusionis ex præmissis probabilibus. Ex his non nisi conclusionis probabilis deducitur, sed Intellectus non necessario assentitur objecto probabili: ergo positis præmissis probabili-

... llectus non necessitatur quoad exercitium ad Conclu-
tionem. Confirmatur 1°: Conclusio probabilis non est probabi-
lior suis præmisis etiam probabilibus: sed esset, admissa nos-
tra sententia: ergo. ... min: Major Inclinatio ad asensum
est maior probabilitas: sed juxta nos præmisæ probabiles
non inclinant necessario, et Conclusio inde in... ... ...
necessario inclinat Intellectum: ergo.

677 **S**ecundo, positis premisis probabilibus vel
potest Intellectus formidare de objecto Conclusionis, ... Si 1um:
ergo non necessario asentitur. Si 2um: ergo Conclusio non est probabi-
lis cum formido de opposito, propria sit omnis probabilitatis.
3°: si Intellectus potest asentiri ... et eidem objecto probabili
per duplicem actum, potest unum ponere, et aliud omittere: ergo
a fortiori Intellectus potens asentiri duplici objecto, probabili præ-
misarum, scilicet, et Conclusionis per duplicem actum ...
... præmisas, et Conclusionem, potest, uno posito, alterum
omittere: ergo positis præmisis probabilibus, potest omittere Con-
clusionem: ergo non necessitatur ad illam ponendam.

678 **C**onsesa majori Argumenti, distinguo minorem ...
... non necessario necessitate ... asentitur
objecto probabili ... non necessario necessitate consequentis:
nego minorem et consequentiam. Intellectus antecedenter ad præ-
missas probabiles asentitur necessario objecto earum et objecto Con-
clusionis formaliter in illis contento. Sed postquam asensus
est liber præmisis, ex vi hujus asensus liberi consequens est, et

necessarium, ut objto Conclusionis etiam asentiatur, nec potest hujus assensus respuere, dum illarum asensum libere conservat. Ad 1^{am} Confirmationem concessa majori, nego minorem: Et distinguo majorem probationis: Major Inclinatio antecedens ad asensum est major probabilitas: concedo: major inclinatio consequens: nego majorem: et distinguo minorem quoad 2^{am} partem: sed juxta nos Conclusio probabilis necessitat antecedenter: nego: necessitat consequenter: concedo.

679 Si duæ Veritates probabiles inter se inconnexæ 1° propositæ Intellectui una magis, quam altera inclinet ad assensum, illa erit magis probabilis, non vero erit, cum magis inclinet, quia jam altera inclinavit, et eo se minime inclinaret, nisi altera prius inclinasset, ut accidit in nostro casu. Ad 2^{am} dico, Intellectum posse formidare de objto Conclusionis, sicut, et eodem modo ac de objto præmissarum: scilicet antecedenter ad ipsum asensum, et etiam consequenter ad asensum ipsum, assensum deponendo. Similiter Intellectus, ut deponat asensum præmissarum poterit formidare de objto Conclusionis. Ad 3^{am} omisso antecedenti, nego consequentiam. 1us eorum duorum actuum de eodem objto nil novum proponeret, quod in se reperiret Intellectus per 2um actum: præmissæ vero ultra suum objtum proponunt Intellectui objtum Conclusionis: Hic, ut potentia necessaria debet ferri statim in illud.

Caput II.um

Specialia Dubia de Conclusione.

68. Præmissæ aliæ sunt formales, aliæ objectivæ: formales sunt propositiones ipsæ mentales: Major, et Minor. Objectivæ sunt objecta ipsa præmissarum formalium. Dubitatur 1°: An Conclusio debeat reflectere supra præmissas, sive formales, sive objectivas? Hoc est, An Conclusio, ut talis includere debeat apprehensionem, aut judicium aliquod, quo Intellectus memor fiat sive de recto ordine præmissarum; sive de objectiva cohærentia, earum objectorum? Nullius reflexionis opus esse verius, et probabilius est.

69. Nam intellectus per ipsas præmissas exercite certior factus fuit, et manet in actu conclusionis de earum cohærentia; et per assensum præstitum præmissis etiam certior factus est, et manet de cohærentia objectorum. Ad quid ergo aliqua formalis et expressa reflexio supra hanc cohærentiam? Ita hac in re in hoc loco discurrunt plures Doctores apud Mair. Etiam (sicut et præmissæ)

consideratur Conclusio alia formalis, objectiva alia.

682. Dubitatur 2.º: utrum ad rectum discursum requiratur cognitio de Bonitate illationis, sive formalis, sive objectivę? Hoc est, An ut rectus sit Discursus ante Conclusionem, aut saltem, simul cum ea debeat haberi aprehentio aliqua, aut judicium de eo, quod pręmissę elicitę, et conclusio elicienda conformes sunt regulis Logicę, aut de eo, quod detur connexio aut Bonitas inter objecta pręmissarum, et Conclusionis? Respondeo: nulla omnino cognitio communiter requiritur de bonitate, sive formali, sive objectiva: non formalis per ipsos terminos formales sive dispositos exercite patefit Intellectui: Bonitas vero objectiva Conclusionis, identitas, scilicet, aut connexio objecti pręmissarum cum objecto conclusionis per eosdem formales terminos est nota Intellectui.

683. At quid ergo cognitio reflexa, de eo, quod exercite cognoscitur? Sane, ut Voluntas amet objectum, sufficit, quod illi proponatur objectum specificative bonum, nec requiritur cognitio reflexa de illius amabilitate. Dixi, non requiritur communiter, tum quia potest Intellectus peritum, dum discurrit his reflexionibus uti: tum etiam, quia aliquando praesertim cum termini obscuriores sunt, aut forma Silogistica eo deficilioribus, talis reflexio congrua erit, et si velis, necessaria.

684. Objectum pręmissarum est identitas duorum extremorum cum aliquo tertio: objectum vero Conclusionis

est identitas earundem duarum extremorum inter se: v. g.: omnis homo est Animal: sed Petrus est homo enunciat duo hæc extrema Petrus, Animal identificari cum in tertio homo: conclusio vero: ergo Petrus est Animal enunciat eadem extrema identificari inter se. Et hinc Dubitatur 3º: An conclusio debeat attingere objectum præmissarum? vel aliis terminis: an per præsuppositam conclusionem non solum cognoscatur identitas inter Petrum, et Animal, sed etiam identitas eorundem cum illo tertio homo? Alij dicunt cognosci exercite, et virtualiter: Alij defendunt, minime cognosci; Alij cognosci formaliter, et expresse. Gravis quidem quæstio, sed potius Animastica, quam Logica, ibi tractanda, exindeque alio hinc investiganda.

685 Dubitatur 4º: An præmissæ distinguantur realiter, et immediate inter se, et a Conclusione? Negative respondent aliqui Nominales, sed respondendum est affirmative cum N. A. M, et Scoto. Et ratio potissima est, quia si ad Discursum non requiritur distinctio realis inter propositiones, et sufficit sola distinctio rationis, cum Deus simplici cognitione cognoscat omnia, quæ nos per integrum discursum cognoscimus, in tali cognitione Divina, possent ratione nostra prescindi, et distingui formaliter formalitates, quæ sint major, minor, et Conclusio; denique diceretur vere, et proprie discursivus, quod omnes repugnant absurdum.

686 **D**ubitatur 5º: An premissę sint veriores, falsioresve, Conclusione; l, è contra? Respondeo negative ex supra dictis. Ratio potissima Responsionis nostrę est, quia veritas Logica consistit in indivisibili, est quipe conformitas actus cum objecto, quę conformitas, si augeatur, minuaturve, jam erit inęqualitas. Consonat Phus aferens: Iudò sic discurrendum est de veritate entis, quomodo de numero: Sicut e̊ numerus destruitur addita, l, dempta aliqua unitate, sic veritas addito, l, ablato aliquo gradu conformitatis. Consonat etiam N. D. Angcus 1º. contra Gentes Cap. 3º: Non potest una propositio esse verior altera pro formali, sed solum ex parte fundamenti, l, causa veritatis.

687 **O**ponis Contra plurimas propositiones: 1ª: Unus actus voluntatis est melior, aut pejor alio: concedo: Non tamen exinde unus actus Intellectus potest esse verior, aut falsior altero: quia Bonitas, et malitia moralis consistit in conformitate, aut diformitate cum dictamine rationis, quę conformitas, aut diformitas potest stare cum actu magis, aut minus afectiva intenso. 2ª: magis vera est hęc propositio: Deus existit quàm hęc homo existit: nego: est quidem magis necessaria in veritate, sed utraque ęquè est conformis cum suo objecto, et exinde ęque vera. 3ª: magis representatur homo per actum, homo est Animal rationale quàm per actum homo est Animal: Distinguo: magis ve-

rę repręsentatur Ꝺ: nego; magis adequatè, et explicitè: concedo: 1.us actus est major extensiva expresio homi-nis, non tamen magis vera, quam minor expressio.

688, Quarta: Una Similitudo est major alia: Distinguo: Una Similitudo phisica: concedo: intentionalis, qualis est veritas logica: nego. Quinta: Similitudo intentionalis est qualitas, omnis autem qualitas intendi potest, et augeri. concedo 1.um, distinguo 2.um potest intendi, et augeri integraliter: concedo: essentialiter: nego: unus calor potest augeri per addictionem alterius caloris, non tamen exinde fiet magis essentialiter calor, sed major integraliter: essentia, namque caloris eadem est in calore majori, ac in minori.

689 Sexta: Sicut Veritas comparatur ęqualitati, ita falsitas inęqualitati: inęqualitas autem potest esse major, et minor: sic magis inęqualis est Virga unius palmi, quam Vaga duorum palmorum respectu alterius virgę quatuor palmorum. Respondeo: falsitatem comparari inęqualitati in presisa ratione deformitatis cum alio, non tamen in quantitate talis deformitatis. 7.a Hęc propositio: Apostoli sunt octo, est magis falsa, quam hęc, Apostoli sunt novem, nam illa recedit magis à veritate: Distinguo: est magis falsa materialiter, et extensive: concedo: formaliter, et intensive: nego. Utraque illa propositio ęquè est non vera formaliter, eo eo, quod non reprę-sentat objectum, sicut est inse: ꝫ ęquè formaliter est falsa.

629. Dubitatur 6º. An præmissæ sint certiores, et evidentiores Conclusione, aut è contra? Ante desitionem hujus dubij sciendum est, certitudinem ultra veritatem Logicam addere firmam adhæsionem Intellectus ad verum absque formidine: evidentiam vero ultra certitudinem addere talem claritatem veritati propositæ, ac si oculis videretur. Unde actus aliquis, potest esse verus, qui non sit certus, et certus, quin sit evidens; v.g. actus hic: Franca dormit potest esse verus, si Franca in re modo dormit, est enim conformis cum suo objecto: si vero mihi non constat somnum Francæ, actus ille quamvis verus non erit mihi certus; si tamen Deus mihi revelet somnum Francæ erit certus, non tamen evidens; Si vero ego videam Francam dormientem, evidens erit: Unde actus fidei, quibus asentimur Misterijs revelatis sunt certi, sed non evidentes.

630. Aliqui docent præmissas esse certiores, et evidentiores Conclusione: Nos vero dicimus, si utraque præmissa est æque certa, et evidens, Conclusio est etiam æqualis veritatis, et certitudinis: si vero una præmissa est magis certa, aut evidens alia, erit hæc etiam certior, aut evidentior Conclusione. Probatur 1um: fundamentum certitudinis, et evidentiæ præmissarum est etiam fundamentum certitudinis, et evidentiæ Conclusionis: sed non est ratio, ut hoc fundamentum præstet majorem, aut minorem certitudinem, aut evidentiam præmisis, quam Conclusioni: ergo Conclusio est æqualis præmisis in certitudine

aut evidentia, si præmissæ sunt ita æquales inter se.

692. Major est certa: Conclusio enim idem objectum habet, ac præmissæ, Intellectusque per conclusionem asentitur objecto per idem motivum, per quod asentitus fuit illis in præmissis. Minor probatur, et patet exemplo Statuæ Emnæ in fastigio Columnæ, quæ eadem firmitate gaudet, ac columna, eo, quod utrique idem commune sit fundamentum. P. 2.dam Receptissimo illo proloquio: Conclusio sequitur debiliorem partem: hoc est, si una præmissa est vera, altera falsa, una evidens, altera probabilis, Conclusio debet esse falsa, aut probabilis: ergo similiter, si una præmissa est magis certa, aut evidens altera, etiam erit certior, aut evidentior Conclusio.

693. Dices 1.o: potest inferri Conclusio Theologica ex præmisis una de Fide Divina, et altera naturali: sed talis Conclusio esset certior præmissa naturali: ergo. Concesa majori, distinguo minorem: sed talis Conclusio esset certior præmisa naturali certitudine adhæsiva, nego minorem: esset certior certitudine inhæsiva: concedo minorem. Certitudo adhæsiva ea est, quæ oritur ex motivo, propter quod asentitur Veritati: et in hoc genere certitudinis æqua esset Conclusio Theologica cum præmissa naturali.

694. Certitudo inhæsiva ea est, quæ oritur à principio, seu causa actus, quo asentimur, et in hoc genere magis

certa esset Conclusio illa: nam illa deberet esse supernaturalis: actus vero supernaturalis oritur à principio supernaturali elevante potentiam, simulque cum ea efficiente actum: præmissa autem naturalis oriri debet à principijs pure naturalibus: Dicis 2°: neganti Conclusionem objicimus, ut eum convincamus præmissas: ergo quia istę semper debent esse certiores, et evidentiores Conclusione: nego consequentiam, et falsam causalem: Ideo enim ita fit, quia pręmissę notiores esse solent Conclusione quoad nos; non quia certiores, aut evidentiores sint in se: pręmissis namque asentimur propter eas, Conclusioni vero propter pręmissas.

695. **D**icis 3°: Aristoteles dicit, demonstrationem esse Conclusionem ex notioribus: ergo pręmissę sunt notiores, et evidentiores Conclusione. Respondeo, Aristotelem docere pręmissas demonstrationis esse notiores quoad nos; plerumque enim sunt 1.a principia per se nota, quę ex alijs principijs non deducuntur; et Conclusio antequam deducatur ex illis non ęque nota est: Cęterum postquam illam legitime deducimus, ęqua gaudet certitudine, et evidentia, qua gaudent pręmissę, ex quibus deducitur. Uno verbo, pręmissę demonstrationis sunt certę, et evidentes propter se; Conclusio vero propter pręmissas: esse autem certum, aut evidens propter aliud non est esse minus certum, aut evidens, quam esse tale propter se.

Disputatio Vltima

De Discursu in Specie.

Caput Ium.

De Principui tres effectus Discursus.

696 Conclusio (ut nuper visum est) aliquando causatur à præmisis: Ideoque ea dicitur esse effectus Discursus, saltem inadequati: Nam solæ præmissæ discursus adequatus non sunt. Conclusio igitur triplicis differentiæ esse potest juxta naturam præmisarum à quibus causatur: nempe, l, scientifica, l, opinativa. l, de fide, de quorum triplici effectu Discursus hic breviter agendum est, ac 1º. de Scientia. Scientia igitur, l, est actualis, l, habitualis: Actualis est Individua certa cognitio habita ex præmisis evidentibus: v.g. Omne Totum est majus sua parte: sed Bætica est pars Hispaniæ: ergo Hispania est maior Bætica.

697. En Conclusio Scientifica, quia habita ex causis, sive præmisis evidentibus. Scientia habitualis est facilitas, quæ generatur in Intellectu ad similes Conclusiones deducendas ex repetitione similium Discursuum. Scientia hæc habitualis, non actualis habet divisiones, quas antea bene notis. Quia vero sunt quatuor modi cognoscendi quamlibet rem inter se valde dissimiles, Philosophi totidem præcipuas scientias diviserunt, scilicet, Logicam, Phisicam, Methaphisicam, Mathematicam. Possunt cognosci res per sua accidentia, et per mutationem earum sensibiles, et hoc pertinet ad Phisicam: Possunt cognosci per imaginationem variarum figurarum et linearum, et hoc ad Mathematicam pertinet; per cognitionem abstractam ab omni sensibili, et hoc pertinet ad Methaphisicam: Tamen per cognitionem reflexam, qua diriguntur cognitiones ipsæ directæ de rebus; et hoc pertinet ad Logicam.

698. Quia vero rem 1º. cognoscimus per sensum (si fides danda est Mauro citato à Maix) prima omnium harum scientiarum inventa est Phisica, quia ex similibus sumit initium Phantasia qua imaginamur figuras, et lineas, quibus res concluduntur. 2º. loco inventa est Mathematica, quia ex experientia sensibili, et ex Phantasmatibus Intellectus sumit speciem ad prædicata universalia, et abstracta; Exinde 3º. loco est Methaphisica; 4º. demum Logica, qua Intellectus vim habet, et inclinationem naturalem examinandi rectitudinem suarum cognitionum directarum per cog-

nitiones alias invet'ur ac.

699. Cæterum cum Logica moderetur, et dirigat cognitiones diversas cujusvis alterius Scientiæ ea, quæ postremo loco inventa est, 1.° est addiscenda, ut reliquæ facili labore compararentur. Singulis ex his primarijs Scientijs sunt consentaneæ, tamen omnes singulæ reliquæ Artes, et Scientiæ, illisque hoc ordine subalternantur, scilicet.

Medicina. Chirurgia. Alchimia. Pictoria.	Phisicæ
Geometria. Arismetica. Musica.	Mathematicæ.
Theologia Naturalis.	Methaphisicæ.
Grammatica. Rethorica, Poesis. Ethica Particularis.	Logicæ.

700. Vnc autem Scientia Subalternata alteri debet habere cum illa idem objectum; sed debet in illud tendere sub diversa ratione formali, v.g. Medicina subalternata Phisicę habet idem objectum, ac hęc, scilicet Corpus naturale: sed Phisica in illud tendit sub ratione mutabilitatis de una in aliam formam; Medicina vero sub ratione sanabilitatis, et ex hac diversitate rationis tendendi in idem objectum subalternata potest esse practica, et subalternans speculativa, & è contra. Requiritur vlterius, quod subalternata accipiat à subalternante Conclusiones aliquas ab ea probatas, quas ipsius non intendit probare.

701. Silogismus ergo cujus Conclusio est scientia, aut faciens scire modo dicto dicitur Demonstratio, quę in duplici spesie est, alia dicitur à priori, seu propter quod, quando, scilicet, efectus aliquis demonstratur in Conclusione, propter causas suas, sive intrinsecas, sive extrinsecas dispositas in pręmisis: Alia dicitur à posteriori, quando, scilicet, è contra causa demonstratur in Conclusione per efectus dispositos in pręmisis. Demonstratio alicujus veritatis per aliquod, quod nec causa, nec efectus eius sit, sed cum eo perfectè convertatur, vt accidit inter homo, et Animal rationale ab alijs reducitur ad Demonstrationem à posteriori, ab alijs dicitur demonstratio, quasi à priori.

702. Tria pręcepta requiruntur ad demonstratio-

nem: 1um. quod ejus præmissæ sint per positiones 1.æ hoc est, aut quod sint ita evidentes, ut nequeant demonstrari, aut quod immediate, et faciliter sint demonstrabiles per alias indemonstrabiles, ne procedatur in infinitum. 2um: debent esse præmissæ demonstrationis certæ, id est, conformes objecto. quæ conformitas constet intellectui. 3um: debent esse notiores, quam conclusio saltem respectu intellectus, qui facit demonstrationem, nam discursus est progressus de noto ad ignotum.

703 Circa demonstrationem dupliciter erraverunt antiqui: Alij docebant, omnia posse demonstrari; sed nunquam suam ipsam hanc doctrinam potuerunt demonstrare. Alij è contra Sceptici, seu Pirronistæ apellati à Pirrone Eleo docebant, nil omnino posse demonstrari, nec certo sciri, sed de omnibus dubitandum esse, excepta tamen hac eorum doctrina, quam se demonstrare jactabant; quo vero jure eam demonstraverint, qui, an ipsi esse an cognoscere, an docere, aliaque hujusmodi evidentia dubia esse docebant, et ambigenda? Huc spectat Alius Platonis error docens, animas nil de novo scire intra corpus, sed quidquid sciunt, tantum esse reminiscentiam eorum, quæ ab æterno ante unionem ad corpus deprehenderunt. Sed hæc deliria sunt, quæ non vacat impugnare. Et hæc de Scientia.

704 Fides est Assensus præstitus objecto propter-

ter autoritatem loquentis: Quæ similiter ac Scientia, l, potest esse actualis, l, habitualis. Talis assensus, l, potest præstari simplici propositioni, l, potest comparari discursive, per præmissas de Fide. Ea etiam esse potest, l, Divina, l, Humana: fallibilis, l, infallibilis: Divina, et infallibilis fides est accensus præstitus alicui veritati, propter irrefragabilem authoritatem Dei; fallibilis vero, et humana accensus propter autoritatem alicujus infra Deum. Omnis autem fides veracitatem debet supponere congruam ipsius naturæ: Infallibilem, scilicet, respectu Dei; fallibilem vero respectu loquentis, non Dei.

705. **O**pinio est Acensus præstitus alicui veritati, propter motivum aliquod grave, quod non sit autoritas alicujus testantis: Nam in hoc diceretur a fide. Grave, inquam, hoc est, potens inclinare viros prudentes, et cordatos; nam assensus præstitus propter fundamentum non grave, sed leve, potius, quam opinio erit, aut suspitio, aut judicium temerarium. Potest opinio esse actualis, l, habitualis: potest item haberi per simplicem propositionem, l, per discursum, similiter ac scientia, et fides.

706. **D**ividitur etiam Opinio in probabilem ab intrinseco, et probabilem ab extrinseco: illa datur, quando fundamentum grave propter quod præstatur asensus, est aliqua ratio orta ex ipsis visceribus, aut natura rei: altera

vero, quando tale fundamentum est authoritas alicujus gravis viri ita judicantis. At non propterea opinio ab extrinseco probabilis confunditur cum fide etiam fallibili, et humana; nam fides nititur veracitate, opinio authoritate loquentis. De his vero plura Theologi.

707 Vnumquemque ex hoc triplici modo asentiendi aliqua semper ex his intentionalibus Qualitatibus comitatur, l, evidentia, l, certitudo, l, Dubium, l, formido, quas omnes expedit explicare. Evidentia est cognitio adeo clara, ut ex ipsa excludat omne dubium, ac proinde in ipsa, quasi videatur objectum. Certitudo est cognitio non adeo clara, atamen excludens omne dubium de objecto propter motivum, quo nititur. Vtraque potest esse naturalis, l, supernaturalis: si nimirum naturali. l, supernaturali motivo nitatur.

708. Vtraque item potest esse, l, Methaphisica, l, Phisica, l, moralis: 1.ª: Quando, nec divinitus potest deficere v.g. Deus est trinus: Totum est majus sua parte. 2.ª Quando naturaliter nequit, potest tamen Divinitus deficere v.g. ignis urit aplicatus. 3.ª quando naturaliter raro, tamen potest deficere: v.g Mater diligit filium: Certitudo, et Evidentia solum insunt cognitionibus, non vero objectis, nisi ad summum radicaliter, quatenus objecta sunt fundamentum cognitionis certæ aut evidentis; tamen quando motivum propter quod, quis asentitur objec-

to fundat Certitudinem formalem, dicitur Certitudo objectiva; potest nihilominus accidere, ut quis absque ullo fundamento vero firmiter asentiatur objto, ut suis erroribus asentiatur Hæretici, et tunc dicitur Certitudo subjectiva, sive adhæsionis.

770 Certitudini oponitur Dubium, quod est hesitatio, aut suspitio Intellectus neutri parti asentientis ob formidinem erroris: Sic modo dubium est: An Petrus stet, l, sedeat. Formido proprie dicta (cum sit timor quidam) est actus voluntatis. Cæterum, quando motivum asentiendi adeo debile est, ut si Intellectus supra illud reflecteret, cognosceret, se versari in periculo proximo herrandi, dicitur formido Intellectualis radicalis: illa vero cognitio reflexa, qua prædictum periculum cognosceretur, formido Intellectualis formalis. Huc spectat suspitio, qua quis non asentitur objto, illud afirmans, sed judicans forte illud esse, fuisse, aut fore: estque judicium valde infimum.

771 Jam ergo omni actui scientifico inesse debet evidentia, et certitudo, et idem carere debet omni dubio, et formidine: Fides si humana sit, nec evidens, nec certa necessario est: estque compatibilis cum dubio, et formidine de oposito: Si vero Divina est certa semper est, non vero evidens: sic nobis certo certius est Misterium SS.^{mæ} Trinitatis, non vero evidens, immo obscurum valde,

et inexcrutabile. Opinio autem semper est formidolosa de errore; hoc est, licet per actum opinativum quis firmiter asentiatur objecto, nec de errore per talem actum formaliter formidet; attamen formidare potest, si Intellectus reflectat supra inevidentiam motivi, quo ductus est ad asentiendum.

711 Dubium præcedere solet opinionem dum Intellectus librans fundamenta pro utraque parte hæret indiferens: at postquam se determinavit ad asentiendum uni præ altero, non necessario conservare debet præcedens dubium, ut docet Aristoteles 7.° Ethicorum et expresse N. D. Angus. 2.ª 2.ª q.ª 2.ª A.° 1.° per hæc: Accidentale est, quod in aliquibus cum opinione conjungatur dubium. Notandum superest, quod præmissæ demonstrationis, qua formaliter acquiritur scientia debent esse propositiones immediatæ, aut per se notæ.

712 Propositio immediata ea est, quæ aut omni caret medio, quo demonstretur, aut si habeat, eo non est opus, ut propositio rapiat asensum sui, v.g. hæc. Totum est &; eo quam demonstrandam nullum certe medium, sive causam a priori invenies: Hæc vero Bœtica est pars hispaniæ probari, aut demonstrari utique potest; sed opus non est tali demonstratione ut illius veritas statim apareat; et hic duplex illa propositio immediata est ex qua recte resultat actus hic scientificus: q Hispania

major est Bœtica.

773 Propositio autem immediata, quæ non habetur nec haberi potest per demonstrationem, si penetratis terminis juxta vulgarem, ac omnium communem sensum rapiat assensum alterius, dicitur *per se nota*, qualis est eadem propositio: *Totum est* [illegible], et qualis certe non est hæc alia Thesis Mathematica: *Si ex æqualibus æqualia demas remanent æqualia*: quæ immediata quidem est, nam omni caret medio, quo demonstrari à priori queat, sed per se nota non est, quia sine explicatione alicujus periti vix ab aliquo comprehenditur.

Caput IIum.

De Simultaneitate Scientiæ, Fidei, et Opinionis.

774 Vidimus evidentiam, et certitudinem esse proprias scientiæ, certitudinem fidei, formidinem opinionis, fideique; et opinioni repugnare evidentiam, scientiæ vero

repugnant formidinem, et etiam repugnare fidei Divinæ. Inquiritur denum An possit dari simul in eodem Intellectu Scientia, Fides, et opinio de eodem objecto? De eodem, inquam, nam de diversis nemo negat. Cæterum de eodem objecto duplex est dificultas. 1ª An dari possit simul, per conjunctionem plurium actuum, quorum unus Scientia, alter fides, alter opinio ejusdem formalis objecti sit? 2ª: An hæc tria possint dari in eodem realiter actu, qui simul asentiatur eidem objecto nixus triplici motivo scientiæ, fidei, et opinionis. Utrique Inquistioni afirmative respondemus.

Prima Conclusio.

715. § Possunt conjungi in eodem Intellectu plures actus, qui sint scientia fides, et opinio ejusdem formaliter objecti. Prº ratione desumpta ab experientia: Ad probandam, et adsuadendam aliquam veritatem Autores cujusque facultatis simul proponunt motiva evidentia, fidedigna, et probabilia: ergo quia possumus asentiri simul eidem veritati triplici actu scientiæ, fidei et opinionis. Nec dicas talia motiva proponi, ut Intellectus per actus succesivos asentiatur veritati; non vero per actus simultaneos, quia hoc est imposibile; talis namque imposibilitas non ostenditur à Contrariis, ut patebit ex solutione Argumentorum.

716. Probatur 2º: Philosophus, qui ratione naturali ductus assecutus fuit existentiam Dei, potest accedere ad Deum per fidem, seu fieri fidelis: sed talis homo fide Divina crederet eamdem Dei existentiam, quam per scientiam novit: ergo in illius Intellectu conjungerentur scientia, et fides de eodem objecto. Idem dic de opinione: tum quia non est major difficultas in conjunctione fidei, et opinionis, quam rationis et scientiae: tum quia inter actus scientificos, quibus ille novit Deum, aliqui intercessere mere opinativi. Major non negatur, et minor certa est ex Apostolo dicente: Accedentem ad Deum, oportet credere, quia est. Credere utique debet, inquit, Contrarius, sed eo ipso, quod credat existentiam Dei debet amittere scientiam, quam de eadem existentia habebat, licet retineat habitum scientificum tali scientiae respondentem.

717. Contra 1º. Scientia est perfectio, et quidem maxima naturae rationalis: ergo homo ille ex eo, quod accedat ad Deum non debet amittere hanc perfectionem, et fieri deterioris conditionis naturalis. Contra 2º: Assensus scientificus relinquit in Intellectu species sui objecti evidentis: semper, ac tales species existent, intellectus necessario debet ferri cognitione scientifica in objectum; tales species excitari debent per actum fidei de eodem objecto: Ne ergo homo ille eliciat scientiam, posito actu fidei, violentiam patiretur. Ac ignis, quando rite applicatus non comburit: ergo actus fidei esset violentus homini illi: ergo Deus teneretur patrare miraculum, ne homo ille sciret id ipsum,

quod credit, quæ omnia absurda, et arbitraria sunt.

718 Contra 3º: D.or Ang.cus in 3.um D. 31. q. 2.a A.º 1.º ad 4.um ait: Opinio, et scientia, quamvis sint de eodem, non tamen secundum idem medium, sed 7.um diversum, et ideo possunt esse simul. Quid clarius? Crederet (inquit ulterius Contrarius) Phus illam existentiam Dei, ut Authoris supernaturalis, sciret tamden eamdem existentiam Dei, ut Autoris naturalis.

719. Contra est: Rusticus habet fidem de existentia Dei, ut authoris naturalis, et supernaturalis: Phus ergo ille juxta Contrarios non posse habere fidem de Deo, ut Authore naturali, quia de hoc habet scientiam: ergo in cognitione Dei deterior esset Phus ille Rustico, cum Fides Divina superior scientia sit. Præterea: Non minus erit incompatibilis cum fide cognitio experimentalis, ac scientifica ejusdem objecti: atqui Beatissima Virgo et Apostoli habuerunt cognitionem experimentalem plurium Misteriorum: ergo non habuerunt fidem circa ea Misteria. Quis hoc credat?

ASERO SECUNDO.

720. In eodem actu possunt conjungi scientia, fides et Opinio ejusdem formaliter objecti. Pr. Philosophus potest concipere actum hunc: Deus existit, ob

motivum evidens, ob revelationem Divinam, ob motiva probabilia: eo ipso actus ipse esset scientia, fides, et opinio ejusdem formaliter objecti. Pr. major 1º. Potest quis asentiri, (ut de facto experimur) alicui veritati propter triplex motivum non æquè probabile quorum unum sit altero probabilius: sed non est major dificultas ad asentiendum propter triplex motivum evidens fidedignum, et probabile: ergo. Pr. 2º. Potest voluntas amare idem objectum ob triplex motivum, quorum quodlibet sit eficatius altero: ergo similiter potest Intellectus asentiri eidem veritati, et eodem actu propter triplex prædictum motivum: ergo.

Caput IIIum.

Argumenta.

721 Primum contra utramque Conclusionem. Claritas et Obscuritas; certitudo, et incertitudo ejusdem formaliter objecti repugnant inter se: sed scientia est clara, et certa; fides certa, et non clara: opinio autem, nec certa, nec clara: ergo scientia, fides, et Opinio ejusdem formaliter objecti nequeunt conjungi in eodem Intellectu

et mutcominus incodem actu.

722 Confirmatur: Sicut Tenebræ sunt carentia lucis, ita incertitudo, et obscuritas sunt carentia certitudinis, et claritatis: atqui, quia tenebræ sunt carentia lucis, idem subjectum nequit simul denominari lucidum, et tenebrosum etiam per formas distinctas; et propter eandem rationem eadem forma nequit esse simul lux, et tenebræ: ergo idem Intellectus nequit denominari simul certus, et incertus, clarus, et obscurus circa idem objectum etiam per actus distinctos: et idem actus non potest esse simul certitudo, et incertitudo, claritas, et obscuritas, qualis certe esset actus quæstionis.

723 Argumentum, qua parte impugnat conjunctionem plurium actuum, quorum unus sit Scientia, alter 95. manifeste retorquetur 1.º Afirmatio, et non afirmatio ejusdem objecti pugnant inter se: sed Juditium est afirmatio, et simplex aprehensio non est afirmatio: ergo aprehensio, et juditium de eodem objecto non possunt conjungi in eodem Intellectu quod nemo concedet. 2.º eficacia, et ineficacia in amando pugnant inter se: ergo non possumus contra omnium sententiam habere simul unum amorem eficacem, et alterum ineficacem in quod idem objectum.

724 Tertio: Certitudo, et incertitudo pugnant inter se: ergo homo rudis contra omnium sententiam non

poterit credere testimonium Dei certum et testimonium Parochi incertum. 2º Major claritas et minor claritas pugnant inter se: sed cognitio Beatifica est omnium clarissima et quælibet alia est minus clara: ergo Noster Dominus non potuit cognoscere per scientiam infusam et per prescientiam adquisitam ea objecta, quæ cognoscebat per scientiam Beatam, quod est contra communem Theologorum sententiam.

725 Qua vero parte impugnat argumentum actum, qui simul scientia, fides, et opinio sit, retorqueretur etiam: Major, et minor probabilitas, eficatia, et ineficatia cumprimis pugnant inter se: ergo contra omnium sententiam non est possibilis actus Intellectus elicitus ex duplici motivo inæquè probabili, aut actus Voluntatis ex duplici motivo uno eficaci, altero ineficaci. Directe Distinguo majorem Argumenti: Claritas, et obscuritas mere negativa, certitudo, et incertitudo mere negativa &c. repugnant inter se: concedo: Claritas, et obscuritas positiva; Certitudo, et Incertitudo positiva &c: nego majorem, et distinguo minorem: sed scientia &c. fides certa, et non clara negative, opinio, nec certa, nec clara negative: nego: positive: concedo minorem, et nego consequentiam.

726 Ad Confirmationem distinguo majorem: Sicut Tenebræ &c, ita incertitudo, et obscuritas positiva: nego majorem: ita incertitudo et obscuritas negativa: concedo: Incertitudo, et obscuritas negativa est omnimoda negā

tio omnis omnino certitudinis, et claritatis, qui negatio dicitur carentia certitudinis, et claritatis, sicut tenebræ dicuntur carentia omnis lucis. Hæc negativa incertitudo et obscuritas incompatibiles sunt essentialiter cum aliqua claritate, et certitudine: non aliter ac tenebræ incompatibiles sunt cum aliqua luce. Incertitudo, et obscuritas positiva est aliqua certitudo, et claritas minor respectu certitudinis, et claritatis majoris. Certitudo, et claritas minor conjungibilis est cum certitudine, et claritate majori: Sicut lux parva lucernæ conjungibilis est cum luce maxima Solari in eodem aere.

727. Fides dicitur obscura: Opinio vero incerta, et obscura non negativè, sed positive; cum in se aliquam certitudinem, et claritatem habeant: Unde sunt conjungibiles tum inter se, tum cum claritate, et certitudine maxima scientiæ: sicut duæ luces parvæ non solum inter se sed cum luce maxima Solari sunt conjungibiles

728 Replicant ad præsentiam lucis superioris Solaris v.g. superflui quæcumque alia lux minor, v.g. Stellarum, unde dictum de Stellis fuit a Poeta:

SOLE MICANTE CADUNT, SOLE CADENTE MICANT.

Sic scientia est maxima lux intentionalis: ergo posita

in Intellectu superfluit quaecumque alia lux minor intentionalis fidei et opinionis. Superflua utique, sed an saltem divinitus superfluitas ista vinci non poterit? Sane unio hipostatica perfectior erat in Christo Domino gratia santificante, et tamen utramque habuit; propterea falsa est major. Stellae quidem, saltem minimae collucent cum Sole, licet a nobis non percipiantur, et in hoc sensu loquitur Poeta.

729. Denique etiam omisa majori, negari potest consequentia propter sequentem disparitatem: illustratio maxima lucis Solaris et extinctio lucis minimae stellarum effectus naturales sunt, quorum unus naturaliter consequitur alium: assensus veri fidei, et opinionis sunt effectus liberi pendentes ab arbitrio hominis: Unde Intellectus habitus scientiam de aliquo objecto, si simul connectitur motivo fidei, et opinionis potest imperari a voluntate, ut simul eliciat fidem, et opinionem.

730. Secundum Argumentum: Implicat, quod Intellectus, aut actus simul sit certus, et incertus de eodem objecto: sed scientia, et fides sunt certitudo: opinio autem est incertitudo: ergo implicat scientia, fides et opinio in eodem Intellectu, et in eodem actu. Confirmatur a Divo Paulo ad Hebraeos Cap. 11: Fides ~~non~~ est Argumentum non apparentium: ergo scientia est Argumentum, sive notitia rerum perfecte maxime apparentium: ergo scientia et fides nequeunt conjungi.

Distinguo maj: omnino ut, quod intellectus, dum actus ultimit sit contrus, et incontus negative: concedo: incontus positive, et pressive: nego majorem, et distincta similiter secunda parte minorem, nego consequentiam.

731 Visum si praeest [illegible] non [illegible] tat[illegible] solum [illegible] [illegible] [illegible] ve. [illegible] [illegible] positi[illegible] [illegible] tuens ide[illegible] [illegible] [illegible] ctus, [illegible] actus habet [illegible] exertitionem, et [illegible] [illegible] [illegible] obscuritati negatur. Utrumque tamen [illegible] simpli[illegible] [illegible] quae do omne [illegible] [illegible]; [illegible] autem, et ob[illegible] solum praecissi[illegible] [illegible] est, quando utraque concipe[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] praesumb[illegible] [illegible], quando actu simul [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

732 S[illegible] [illegible] [illegible] Scholasticos convenit simul ab intellectu et [illegible] phantasmate [illegible] [illegible] [illegible] absolute, et simpliciter non [illegible] [illegible] [illegible] praesumptive. Si [illegible] [illegible] [illegible] phantasmate, [illegible] [illegible] potentia [illegible] [illegible]. Hi [illegible] [illegible] esse [illegible] [illegible] motivo [illegible] [illegible] motivo [illegible].

733 **D**[illegible] contra Dr. [illegible]: fides non tam meritum cui humana ratio praebet experimentum. 1°: contra Divum Augustinum, fides, quod non videtur, creditur, nam si videtur, non esset fides. 3°: plures SS. PP. [illegible] verba Christi Domini ad Apostolum Thomam: Quia vidisti me Thoma, credidisti: docent Apostolum aliud vidisse, et aliud credidisse; ergo non potest idem videri aut sciri, et simul credi.

734 **A**d 1um dico, [illegible] e a natura aliqua evidentia, l. experimento, et nihilominus tendit sub alicuius testimonio; quod non evenit in nostro casu. Vel dico cum D. Bonaventura actus qui ultra motivum fidei haberet motivum scientiae aut experientiae minus praemium deberi, attamen actu virtus fidei. Ad 2um: Divus Augustinus docet non dari fidem, nisi datur motivum fidei, quo etiam attenditur, non vero excludit quod simul dentur motiva [illegible]. Ad 3um: Concedo quod Apostolus unum vidit et aliud credidit; nam Apostolus non potuit idem videre et credere.

735 **D**ices iterum: Beati in patria intuitive vident Deum: sed non possunt credere per fidem Deum, quem vident per visionem: nam repugnat quod detur fides simul et spes in patria caelesti; ergo repugnat fides, et cognitio evidens eiusdem objecti. Re con

Deo. Ita accidisse de facto non vere; quia fides et visio de Deo, ut mox aliter rationem inter : vel quia Deu Deorum viator ut fidem, et Beatis ejus visionem in praemium fidei contulisse. Unde aliqui non inconveniens putent fidem ex visio conjungi, immo Beata Virgo [illegible] suo justa conscientia fuit in via fides, et visio Dei.

736 **V**ltimum Argumentum: fides [illegible] nequit cum formidine de veritate sui objecti ut constat ex propositione contraria [illegible] damnata ab Innocentio XI. atqui in nostro casu tamen fides non forte formidine siquidem conjungeretur cum opinione, quae secum importat incertitudinem et formidinem: [illegible] distinguo maj. [illegible] tam enim formidine negativa concedo: et in hoc sensu damnata fuit contradictoria: [illegible] tamen cum formidine positiva subdistinguo: cum formidine positiva orta ex motivo fidei concedo: orta ex motivo probabili, sive opinionis: nego majorem, et distincta sunt inter minorem nego consequentiam.

737 **F**ides divina ex suo motivo excludit omnem formidinem, unde essent aliter incompossibilis est cum formidine negativa, seu cum negatione omnis [illegible]: [illegible] [illegible] non [illegible] omnem certitudinem, eam tamen non negat, [illegible] [illegible]: Unde [illegible] [illegible] est [illegible] formidinem, et securitatem; et relinquatur [illegible] [illegible] [illegible] formidinem, [illegible] conjungatur

737

[illegible] vina aut scientia expers erit omnis formidinis, solumque poterit dici formidolosa pressive, juxta superius dicta, hoc est, considerata pressive a motivo fidei et scientiae.

738 **I**nstas 1.º Opinio est actus formaliter, et pressive formidolosus, Scientia autem, et fides Divina actus formaliter et positive certus, et securus: ergo nequeunt conjungi. Nego 1.am partem antecedentis: Opinio namque aliquam securitatem causat, non vero omnem; hinc illa aliqualis securitas radix est formidinis ob defectum majoris securitatis; impedietur tamen talis formido, si illa minor securitas cum maxima fidei, aut scientiae securitate conjungatur: Unde opinio non formaliter, et positive est formidolosa, sed radicaliter tantum, et exactive.

739 **I**nstas 2.º: Ex una praemissa evidenti, et altera probabili sequitur Conclusio probabilis: ergo ex motivo certo fidei, et scientiae, et ex motivo incerto opinionis sequitur actus incertus. Concesso antecedenti, nego consequentiam. Est Disparitas: Conclusio non elicit duplicem inaequalem assensum, unum propter unam praemissam, et aliud propter aliam; sed unicum tantum, propter connexionem praemissarum inter se quae cohaerentia est tantum probabilis, quando una praemissa est probabilis, indeque Conclusio evadere debet probabilis.

710 Caeterum in nostro casu ... potest praebere triplicem assensum adaequatum et actualiter, seu formaliter distinctum respondentem quidem triplici motivo proposito scientiae, fidei, et opinionis: non vero praebere unicum propter cohaerentiam eorum motivorum, quia nulla est, unde potest sumere ... omnem ... nec necessitatem quam potest causare.

711 Instabis 3°: Scientia, fides et opinio sunt tres species diversae: ergo nequeunt conjungi in eodem actu. Distinguo ans: sunt tres species diversae, et inter se repugnantes: nego, et non repugnantes: concedo: Vegetabile, Sensitivum et Rationale sunt tres species diversae, divisaeque in arbore, Bruto et Angelo, et omnes tres conjunguntur in homine: Similiter conjunguntur in eodem actu tres species diversae cognitionis.

712 Instas 4°: Positis omnibus requisitis ad actum scientiae, intellectus necessario, et absque imperio voluntatis elicit actum scientiae; positis vero omnibus requisitis ad fidem, et opinionem intellectus nequit credere, et opinari absque imperio voluntatis; ergo intellectus ad eliciendum actum, qui simul sit scientia, fides, et opinio determinaretur a voluntate.

713 Distinguo ans: positis omnibus requisitis intellectus necessario elicit aliquem actum scientiae: concedo: intellectus necessario, et absque imperio elicit determinatum actum, sci-

entiæ: nego uns: Positis in Intellectu omnibus requisitis ad scientiam, Intellectus necessario debet elicere actum aliquem scientiæ, Si vero Intellectus simul reperiatur instructus motivis fidei et opinionis circa idem objectum, poterit ex imperio Voluntatis elicere actum, qui non utcumque scientia sit, sed qui determinate sit scientia, fides, et opinio, qui actus, quatenus scientia et opinio, non esset expressive supernaturalis, et meritorius, esset vero, quatenus nixus motivo fidei Divinæ.

Caput Ultimum
Aliqua Notanda.

711 Coacti angustiis temporis aliqua uccinte tractavimus, aliqua minus digna, silentio præterimitimus, eo quamvis solum tempus hodiernum est, quod superest in illo agemus de quidditate partis, et ejus requisita, cum hoc non sit inutile, præcertim, cum Deo dante, post recreationem Estivam de partibus compositi phisici sumus acturi.

745 Aristoteles 5.° Methap. ait, partes esse,
in quæ aliquid dividitur, aut ea quibus totum componitur:
Item: Totum dicitur, cujus nulla pars eorum abest, ex qui
bus totum natura dicitur: quæ definitiones sunt satis obscu-
ræ: hinc autem inquirimus definitionem tum clariorem
tum talem, quæ aliquomodo serviat pro regula, ut cujus
pars possit dicerni a cognotatis extrinsecis, sive ijs, quæ to
tum intrinsece non constituunt, tamen talia sunt, ut
sine ipsis totum realiter dari non possit, v.g. Deus non
est pars omnium Creaturarum, et tamen absque Deo
nulla Creatura dari potest.

746 Dixi aliquomodo, nec enim petitur hic
regula, talis ut ex ipsa sola absque adjuncta alia notitia,
statim universaliter sciatur pars a non parte (nam
talis, ut bene advertit Maix, a nullo Authore asignata
tur) sed petitur regula, quæ talis sit, ut si ipsa rite aplice-
tur, aut aliunde constet, probetur eam alicui enti conve-
nire, ex ea inferatur illud ens esse partem. Scilicet debet
se habere regula, ut propositio major in Silogismo, quæ
non debet se sola inferre Conclusionem, sed tantum si ei
adjungatur minor proportionata.

747 Dico. Pars dicitur pars esse id, quo afirmato
totum afirmatur totum, et quo non afirmato etiam non
afirmatum totum. Ita communis. [illegible] tale ens nec est ade
quate identi[illegible]catum cum toto, nec adequate ab eo distinc

tum: ergo est pars. conseq.a patet: Item que 1.a pars antecedentis. Si enim tale ens esset adequate identificatum cum toto, tum ipso afirmato deberet etiam afirmari totum, ne de duobus realiter adequate identificatis verificentur contradictoria. Pr. jam 2.a pars antecedentis; Si tale ens esset adequate distinctum a toto, tunc ipso non afirmato tamen posit afirmari totum, ut per se patet: ergo si hoc fieri non potest, neque potest esse adequate distinctum. His supositis.

748 Nota 1.o quod non potest dari nova denominatio sine nova parte, Pr. nova denominatio est novum totum; atqui non potest dari novum totum sine nova parte: ergo. Pr. minor: Novum totum est nova collectio partium: totum enim et omnes partes collective sumptae sunt idem: sed non potest dari nova collectio partium sine nova parte: ergo. Pr. minor: illa collectio debet esse, vel, adequate, vel, inadequate nova: Si est adequate nova, tum omnes partes sunt novae: si autem est inadequate nova; tunc saltem una pars est nova: ergo.

749 Nota 2.o Quod non potest perire aliqua denominatio, nisi pereat aliqua ipsius pars. Pr.: non potest quidquam consequenter, neque aliqua denominatio perire, nisi pereat, vel, adequate, vel inadequate: sed perire adequate est perire omnes partes: perire inadequate est perire saltem ali

750. Nota 2º: Quod non potest aliquod subjectum transire ab una denominatione ad alteram contradictoriam, scilicet ab uno praedicato ad alterum contradictorium, quin detur nova aliqua pars entitativa: Non potest fieri hic transitus, quin detur nova denominatio: Nam utraque praedicata contradictoria sunt contradictorias, ideoque diversas, et novas denominationes: atqui non potest dari nova denominatio sine nova parte: ergo neque hic transitus. Ubi tamen adverte partem novam non debere esse positivam, sed sufficere etiam negativam. Sic a denominatione viventis potest transiri ad denominationem mortui, per solam negationem unionis animae cum corpore, quae non est nova pars positiva, sed est tantum nova pars negativa.

Sed jam aestivus ardor nimis urget nos laesos, et fessos. Desistere cogimur tandiu [illegible], et quiescimus. Arripite ergo [illegible] dilecti juvenes suum quisque umbraculum; animis, et longo attrito labore, viribus indulgete: nam vobis Deus haec otia fecit. Vobis, inquam, nam mihi non nisi irrequieta, et ansia quies. abs vobis [illegible] otium

nullum, quinimo asidua pro vobis solicitu-
do, et vehemens vestri desiderium. Interdum
timendum erat, ne qui plures, et strenui ha-
bitis inerti otio, et corrupti pauci reddeatis,
et senex. Caeterum, quis optimam de vo-
bis spem fallat? Quis tam meum pro vo-
bis hucusque impensum laborem,
quam animi erga vos aeternum
studium inutile reddat, et in
cassum? Faxit Deus
Deus immortalis, et Sa-
cratissima illa Nu-
mina, quorum
auspiciis, et ube
rem profec-
tum
vestrum, et
nostram pene in-
credibilem incolu-
mitatem in accentis re-
fero: Faxit, inquam, ut nullus
vestrum ab incepto turpiter
deficiat, vel in proposito vin-
nauis haereat. Dum
igitur pares vos nu-
mero, et viribus
vegetiores recto:

VALETE.

Index Controversiarum, Disputationum, et Capitum, quæ in hoc Libro continentur.

FINIS LOGICÆ.